LVSVS IMAGINIS IOCOSAE sive ECHUS

A

Variis Poëtis, variis linguis & numeris exculti.

Ex Bibliotheca

THEODORI DOUSAE I.F.

Accessit M. SCHOOCKII

Dissertatio de natura Soni & ECHUS.



ULTRAIECTI,

Ex Officina Ægidii Roman, Acad, Typog. 1638.

pr 136

In Academiam Ultrajectinam solenniter introductam in Ædem, vulgò dictam Martini.

Dic mihi qua gaudet pubes Parnassia sede
AEde, Dei studiis conscia sacra. Sacra.

Nobilibus, magnificis, prudentiâ, doctrinaque præstantibus viris, D. Prætori, DD. Consulibus, Scabinis, ac universo Senatui inclytæ Civitatis Trajectinæ, ut & consultissimo illius Secretario.

CUM veterem illam Urbis Trajectinæ formam, faciemq; considero, Nobiles, Magnifici, Amplissimi, Prudentissimique viri, *qua scilicet abjurato Paganismo in fidem & clientelam Christi se collocavit: nullus quæstus, nulla vel divinæ, vel humanæ utilitatis præsidia videntur ejus felicissimo fato, & splendori defuisse; affluentibus quippe copiis,*

& oportnnitate omnium rerum, quæ cœlo, ſalo, ſoloque gignuntur. Affulſit tamen poſt tot ſecula, & ætates ſupra religionis donum jam pridem (Dei gratia) reformatum, ſtabilitū, inveteratumq́ʒ, nova inſuper & quaſi demiſſa cœlitus lux & ſecunda urbis forma, Academia nempe, ad hoc uſque tempus ignota, & intentata. Quæ quidem cum ad formandam juventutem non tantùm ſit accommodatiſsima, ſed etiam ad ipſius religionis ſtabilienda compendia teſte Lactantio Firmiano: quis non hujus ſæculi Genio gratuletur, quòd unicuique ad cujuſvis facultatis auſpicia tendenti, adſit ubicunque. Mercurius ἐνόδιος, ſeu viæ ductor, apud Paganos in tanto honore erat ut tanquam numen ἡγεμονικὸν, in triviis paßim coleretur. Hunc ipſum vos, ſed Chriſto lucrifactum Græcè, Latinè, & Hebraicè loquentem, non in trivio, uti olim

olim, sed in celiberrima hujus urbis περιπάτῳ, & arcuatis porticibus honorificè collocastis: ex præcepto Zenonis scilicet, qui non inficetè asserebat: Urbes esse decorandas non preciosis ornamentis, sed inhabitantium virtute, & eruditione. Non ero longus: Vino enim vendibili suspensa hedera opus non est. Itaque circumspicienti mihi de patrono, ille ipse Mercurius protenso digito, uti solet, ad vos me deduxit, tanquã fautores ingeniorum incomparibiles. Offero itaque vobis, quod felix faustumque sit, hanc Echo politioris poesios quasi quandam medullam, ab ingeniosissimis viris, uti videre est, in delitiis habitam. Servius antiquus in Virgilium commentator eam cœli harmoniam significare dicit, & solis amicam esse, tanquam domini & moderatoris omnium corporum cœlestium, ex quibus ipsa componitur, atque temperatur. Hinc

& Græci illam ſolenni ſtatuâ honoraſſe videntur. Nec injuriâ Parnaſſus poeticus Moguntiæ excuſus ei decimam ſedem inter Muſas attribuit; Itaque non aliis debere voveri hanc farraginem arbitrabar, quam illis ipſis qui inſtaurandæ huic Academicæ harmoniæ fortem & fidelem operam quotidie navant. Unum vos obnixè rogo, viri Ampliſſimi, ut hæc nobiliſſimorum poetarum collectanea grato animo & pacato vultu excipiatis, tanquam teſtimonium benevolentis animi erga veſtram Academiam. Valete Nobiliſſimi, conſultiſſimique viri. Trajecti Nonis Februarii anno temporis ultimi cIↄ Iↄ c XXXIIX.

In

In Ἠχῳδίαν
Viri Nobilissimi,
IANI DOUSÆ.
GUILIELMUS STAACKMANS
Ordd. Frisiæ Delegatus.



Arminibus ludant alij, ludantque Camœnis
Propitiis: nimis est aspera Musa mihi.
Dedignata sonos; quoties mihi verba ministrat,
Et numeros; facilem se putat esse satis.
Oravi: Dea, redde meas tantùmmodò voces.
Tantillum renuis? Quid sonus? *Inquit, onus.*
In ventos abiêre soni: pars magna sonantũ
Et lethũ, & lethen jam quoq; passa feret:
Nî tua progenies doctos miserata labores,
Inclyte dux vatum DOUSA, tulisset opem.
Debetur DOUSÆ, quòd scripta sonora perennent
Quòd solidum ficto manet ab ore decus.

In Nobiliſsimi Viri

DIDERICI DOVSÆ IANI F.
Echicos verſus.

PIERIVS WINSEMIVS I. C.
Illuſtr. Ordd. Friſiæ Hiſtoriographus & Profeſſ.

Qualiter aërios inter delapſa ſonores
Illa potēs vocis dum Dea flabit. E. abit.
Dumq́ cavi montes præruptaq́ ſaxa loquentur,
Nymphaq; per ſylvas quæ loca quærit. E. erit.
Tamdiu Douſiaco manantia carmina plectro.
Audebit terris continuare. Ech. dare.
Perque repercuſſas æterno murmure voces
Reddere victuris, quæ ſtatuis. Ech. ſtatuis.

Aliud Ejuſdem.

QVÆ rurſus Echo tinniens ſonantibus
Se miſcet auris? blanduloque carmine
Retorquet imis intonata vallibus?
Non quæ profundis implicata ſaltubus
Terris cohæret, flexilique ramulo
Vmbrata circum ſtagna depreſſè meat.
Sed

Sed quæ ſuperbis montium faſtigiis
Illita nubes frangit, & cœlum petit,
Arcemque molis verberat cryſtallinæ.
In quâ retortis commeant anfractibus
Flammę perennes, blandiorque ſyderum
Chorus proteruas luminum præbet vices.
Laſciva turba, cujus auditum fidis
Miratur æther, perviuſque vocibus
Blandos ſonores, barbitonque Apollinis
Tranſmittit orbi temperantis omnia
Cum ſeptichordã ſubjicit plectro chelyn.
Sic veſtra picto verberata fornice
Reſultat Echo, cærulique concavo
Obtruſa templi ſtridulis mundum ferit,
Canora metris, emorique neſciens
Perenne fluxo carmen imprimit Iovi
Reſonatq; blandum rurſus, & rurſus redit
Factura vocem. Neve quam partem poli
Poſt ſe relinquat, deſeratque quod tenet,
Gaudet renaſci, ſpargiturque quà poteſt
Ipſe ire ventus aëriſque ſtridulum
Manare flumen. Non eam Rhenus pater
Includet undis, ilicet longum fluat,
Lepontiæque largiens fontem nivi,

Lambenſque veſtræ margines Antoniæ
Occludat æquor, turgidove vortice
Flevo tumentes ſuggerat præceps aquas.
Tranſibit omne flumen, & patrio negans
Seſe amne tingi Veſperis ſeri ferox
Pulſabit aſtrum, perque Pyrhnes nivem
Regreſſa tandem franget Alpinum gelu.
Illac parentis ivit excelſum tui
Clarumque nomen, perviumque fratribus
Iter reluxit, Herculis quo non labor
Peragrare majus nequiit, aut Ennâ faces
Luſtrare raptâ. Scilicet vocis ſacer
Sonus paternæ cardines per ultimos
Barro eminentem flavit immani tubam.
Vt omne blandum carmen audiret nemus,
Dryaſque lœta, crederentque Oreades
Cantu ſonantem rurſus Orphæo lyram
Rediiſſe terris, aſperæque nobilem
Impacta cauti ſaxa concentum ſequi.
Ipſoſque montes redditam cœleſtibus
Reboare vocem, candidaſque Najades
Differre flumen, ſtridulamque arundinem
Aptare voci grande clangentis tubæ.
Hæc te albicantis æmulum veſtigii
Tran-

Tranſcribet aſtris, ſtella quà Patris micat,
Cœli ſerenis tot notata noctibus
Fraterquæ blandę Virginis Spicã premens
Cæcos meatus edocet cœleſtium,
Cœlumque verſat, ante, quod præceperat
Ignarus Vmbræ, cujus obſcuros ſitus
Evaſit omnis Douſicę gentis labor.
Seu geſta narret, ſeu furoris entheï
Correptus igne Bilbilis vatem premat.
Partemve quandam defluentis otii
Coucedat hirco, ſivè deterſa lue
Velit Quirites ore Romano loqui.
Sive Accianis intereſſe fabulis,
Rudiſue Aruncæ vellicare ſphalmata,
Seu Leſbiani paſſeris proterviam
Signare chartis, Albiumque Deliæ,
Suoque reddi Cynthiam Propertio.
Triumviralem & carminum laſciviam
Donare caſtæ Romulùm facundiæ.
Vbique Douzæ. Reſtat ad famam nihil.
Niſi ut per omnes Echo avita circulos
Diffuſa mundi, voce rurſus in tuâ
Gravi tonantem cernat ore buccinam.

IANI

CENTO PERSIANUS,

In reboantia clariſſimi viri THEODORI DOUSÆ.

2.61. *O Curvæ in terris animæ,† juveneſque ſeneſque!* 5.64.
1.1. *O curas hominum! o † aut ſi quibus olla Thyeſtæ* 5.8.
4.30. *Ingemit,† & Lyncem Mænas flexura corymbis,* 1.101
1.105. *Hoc natat in labris, † quicquid tibi venit amarum,* 4.48.
1.112. *Hoc juvat, heic † omnes, omnes bene miræ eritis res.* 1.111
3.15. *O miſer, inque dies ultra miſer † in jecore ægro,* 5.129
6.24. *Quiſquis eris, paulùm à turbâ ſeductior † inter* 4.11.
1.34. *Phyllidas, Hypſiphylas,† quàm ſit tibi curta ſuppellex* 4.52.
5.91. *Diſce, ſed ira cadat naſo. † Digitum exere, peccas.* 5.119
5.28. *Voce traham purâ: Ponatur hianda tragœdo* 5.3.
1.78. *Antiopa, ærumnis cor luctificabile † lenta.* 3.55.
3.78. *Dicat, quod ſatis eſt, ſapio,† pannucia Baucis.* 4.21.
4.43. *Vivitur hoc pacto. ‡ Generoſo pectus honeſto* 2.74.
4.35. *Deſpuat in mores. ‡ Tibi nunc, hortante Camœnâ,* 5.21.
4.4. *Scilicet ingenium & rerum prudentia ‡ fiat,* 2.38.
2.8. *Mens bona, fama, fides: ‡ reparabilis adſonat* Echo. 1.102

PHALÆ-

PHALÆCUS

In

LVSVS ECHVS

Nobilissimi Domini

THEODORI DOVSA.

QVicquid suavicanora consonantis
Vox quondã modulaminis reclusit,
Vox vatum, sonuitque, præque lusit
Sylvis, montibus, ipsa quod referrent
Terræ concava, posteris referrent;
Et quod tu pater omnium leporum,
Melos collibus intimis Batavûm
Voluptabile IANE præjisti:
Id cunctum, ut modulis vagis oberrans
Sensit, vix modulis suis relictum,
Errantes titubante voce voces,
Primus sub sua convocare signa,
Et munimine DOUSA gloriosæ
Iam defendere vocis unus audet!
Queis dum spiritus entheus poetæ,
Gaudet vividiore vocem ab aurâ
Inspirare, animata verba vatum
Revivis̄cere, & insonare gaudent:
Cunctus deinde chorus parat Batavûm

Accla-

Acclamare, ſequique voce vatum.
Qui vocem dare mortuis poetis,
Hunc vivis dare poſſe quis negaret?
Dum vates ita DOVSA demeretur,
Ipſam quam bene demeretur Echo!
Nam poſtquam ſolitis locis reſultant
(Quæ vatum labor erudivit olim,)
Clangores litui, manuque quaſſa
Tantum ancilia Martis, & tumultus
Exegere ſonos amiciores;
Paſſim quod ſupereſt, id exoleſcat
Ne totum, velut in ſuos receſſus,
Vocales velut in libri receſſus
DOVSA colligit, unde vox ut Echûs
E vivis reſonare diſcat antris.
Quo ſe præſidio unicè tueri
Confiſa eſt, adytoque ſacra fixit,
Tunc cum barbariem crepante totam
Monte cederet Aonum Camœna,
Nec jam barbariem fugit Camœna
Poſthac, barbariem fugat vel ipſam
Poſthac, en decimam ſororem eodem
DOVSA convocat autor, atque dignus
Antiſtes

Antiſtes pereuntis unus Echûs!
DOVSA nobilium propago avorum,
Sanguis patriciuſque, patricuſque;
Viva Echo patriæ eruditionis
In quo tam ſimilis recantat illa,
Echo quam ſimilis nec ipſa voci eſt;
In quo denique non imago patris,
Ipſum ſed patrii eſt vigoris inſtar.
DOVSA quam bene demereris Echo!
Sed te quam bene demeretur Echo!
Cui dum perpetuare ſuccinentem
Tam ſcito ſatagis labore vocem,
Facis perpetuo tuam quod ipſa
Laudem una reſonare geſtit Echo.

Echo de Eodem.

ECHO, ſi facilis tuis vocari
Poſthac verba minus gravata reddis,
DOVSÆ ſed minus hæc gravata reddes,
Men' rogata dein ſequere? *Quære.*
Quis vates lepidi politus autor,
Aut quæ mens operis, *βίη τε θεῖη*
Σοὶ ἠχὼ κλέος ἡ διδοῦσα; DOVSA

DOV-

DOVSA num tibi primus autor, is qui
Sic audit fugientis unus Echûs
Stator? tute fatere teſtis. *Eſt is.*
Is qui nunc tibi, vatibus tuiſque,
Hoc cultus tibi, vatibus perennis
Hoc famæ monumentum adornat? *Ornat.*
In quo tot veterumque Scita, *Scita!*
In quo tot propriique Martis, *Artis!*
Dicavit monumenta: quo ſit illis
Nativum decus, ipſa reſtituta
Suadæ gratia, vox avita? *Vita.*
Sibi partus honoſque, patrioque
Fama continuata rite? *Ritè.*
Quod manus precium, quod ille vocis
Dignum munere conſequetur, hæc cum
Vatem ardor rapuit novare? *Ovare.*
Res digna auribus eſt, tuoque ovatu.
Quin illi merito ergo plaudis! *Audis.*
Audimus, pariter vovemus omnes,
Vt cum nomine fama avita DOVSÆ,
Fama Echo tibi, vatibus tuiſque,
Hinc in poſtera ſæcla proſit. *O ſit!*

MENSO ALTING.

ECHO

JANI DOUSÆ NORDOVICIS ECHO,

sive

LUSUS IMAGINIS IOCOSÆ; quibus Titulus HALCEDONIA.

Poëma omnium operosissimum.



SOL gravis, & fesso requies opus. Aura ades, æstum
Quærenti umbrosâ fallere sede. Sede.
Loturus venio ad Fontes. hæc intereà mì
Pendeat ex istâc ilice clava. Lava.
Parva mora est, mea me patienter ut audiat ECHO,
Abrupto hoc usum principio. Incipio.
Fare, quibus similes istos (Dea tinnula) dicam,
Assiduè hærentes in Topicis? Opicis.
Quod pecus est, cujus pingi sub Imagine debet
Si pingenda tibi Barbaries? Aries.
Quid metui par est, si scribas usque, manumque
Haud unquam à chartis abstineas? Tineas.
Olli crateris ex auratis hauserunt;
Cujus Epos Vatis? num GRUDII? I. RUDII.

Volturis in silvis miserum mandebat hemonem :
Ejusdem esse reor, aut 2. Nelei, Haut Nelei.
His *Antigerio*, & *Topper* cum *Calvitur* adde, &
Si quid apud Festum est insubidum. Subidum.
Quo genere Elogij digni, hæc & talia fantes;
Quæ Santris potius, quàm mihi nota? Notâ.
An ne aliud meriti, Populi ad Tabularia suêti
Nos lassare suis Exodiis? Odiis.

Quale genus Criticæ hoc, nostros quæ exercet Ephebos
Nescio quo ludo stultitiæ? Titiæ.
At quanto hi satagunt noctesque diesque labore,
Ut veteres Libros emaculent. Maculent.
Non ità Turnebus, non cauti industria Lipsî,
Non Genius magni Scaligeri. Aligeri.
Nostratum ne aliquem hîc, post Miscellanea Iunî,
Ante Ubium laudas Palmerium? 3. Almerium.

Quis fuit is, 4. Maro quem Auctorem, quem Varro sequutus;
Naturæ ille, vel hic dædala imago? Mago.
Quod genus egregiè tenui lusisse cicutâ
Bucolicos censes versiculos? Siculos.
Brassica sim, Andinum nisi & hîc quoque mirer; eumque,
Qui Deus est vatum, semper amâro. Marô.
Fortius ecquis opes, Mundi quis inania sprevit,
Quàm rigor ille hominis Xenocrates? Ὁ Κράτης.
Quid? fingi an graviora queant, apud Heliodorum
Quàm passa est Virgo quæ Chariclea? Κλέα.
Ecqua Erato est, cujus tibi præ dulcedine cantûs,
Poni haud ulla optes altilia? 5. Altilia.
Scin, quibus est odio Ioviani Carmen, & Actî,
Sordet & Hippolite Castilionis? Ὄνοις.
Quo cum Vate tibi esse voles rem. Carmine cujus
Audito, haud cesses clangere Io? 6. Angerio.

Non

Non Titulus minio. non cedro charta notanda;
 Vatis, cûi nomen Flaminio? Minio.
Qualis at illa tibi visa Anthia, non perituro
 Quam cecinit nobis Carmine 7. Strosa? Rosa.
Quæ non 8. Bargæum meruisse Encomia vatem
 Dixero, quod non Euangelium? Angelium.
Multa Fabro Clypei debet septemplicis Aiax;
 Plus nos Plectri ergo 9. Lotichio. Tychio.
Cujus iners tibi visus Amor; neque digna puella,
 Cûi campi pateant Elisii? 10. Elisii.
Laudata ingenio Lernutî & Carminis arte,
 Qualis visa tibi (dic) Charithea? Θέα.
Inter tot vates, quis plura Idiomata doctus,
 Quis Linguas callens est varias? 11. Arias.
Quale genus fati Pathicam meruisse Sorani
 Spurcitiem dicam 12. Palladii? 13. Alladii.
Quisnam inter Celtas dignus, motam helleboro cûi
 Mentem aliquis tergat Vesalius? 14. Salius.
Qualia sed censes, senio defecta caduco,
 Vulgavit Vates quæ 15. Lemovix? Emo vix-
Nec mea quisquam emat hæc, vel te (puto) Iudice, nî de
 Fronte 16. Trypho Auctoris nomina demat. Emat.
Quàm satius sese ad veterum componere normam,
 Vatis ad exemplum Frastorii? Thorii.
Utque teram assiduè nostri monimenta Secundi,
 Rara, neque ævo ullo digna latere. Tere.
Post Veteres, hac ergò mihi 17. Casa, Cotta, Marullus,
 Volvendi; hac Vida est Molsaque Lege? Lege.

Nunc super Historicis, in quêis non ultimus ille est
 Pompeius nobis, gens cui 18. Troga. Roga.
Inter at hos (cedo) uter, Hotomanno Iudice pluris,
 Paulus ne Æmilius, an Probus est? Probus est.

Quum solidis dapibus saturet nos Plinius ingens,
Mustea quis nobis dat melimela? Mela.
Quem coluisse Iovis inter tot Numina, 19. Bassum
Præcipuè censes Aufidium? Fidium.

Alphonsi tanti ne facis præconia, tempus
Dandum aliquod credas ut 20. Facio? Facio.
Prome aliquem, studio qui nil odióve, metu aut spe,
Liquerit indictum, vel tacitum. Tacitum.
Et dubitamus ad huc, cui plus fidei attribuendum,
Sleidano, Bembóne, aut Iovio? Haut Iovio.
Ævi inter Medii Historias, Oracula dicas
Non hominis, verùm Daimonii. 21. Aimonii.
Cùi super adjungas Fastos licet 22. Herfeldensis,
Dî, quanti Auctoris in Chronicis! Onychis.
23. Horographos censeri ullos te Iudice verum est,
Ante Glycas, Zonaras, Nicephoros? 24. Ephoros.
Inter at Historicos, nostro qui tempore regnant,
Qualem 25. Ubbo meritus laureolam? Aureolam.
Historicum nam se esse, cui persuadeat Hispo,
Præter quàm infanti Panniculo? Anniculo.

Quem dignum rere ante alios, cui non nisi Nectar,
Cui succum offundas ambrosium? Ambrosium.
Quid nam aliud, quam informe Chaös Glossemata Legum,
Ex quo pulsa Foro Romula Suada? Vada.
Quisnam inter Themidis Mystas tot, sede Curuli
Ornandus, sed post Irnerios? Nerii os.
Quantulo opus 26. metro Hellebori est, aliquam Helius à se
Det loci uti partem hîc Alciato? Cyatho.

Pluris utros (dic) te faciundos Iudice credam,
Num *Livineios*, an *Papios*? *Papios*.

Ante

Ante alios quem nam dignum hoc (Dea) tempore censes
Qui senium exoptes Nestorium? Thorium
Argolici generis quantum est (me Iudice) nemo
Doctior est hodie, quàm Sigomala. Μάλα.
Ecquem è Chalcographis dices, qui tempore nullo
Aldum æquaturus Manutium? Nutium.
Publica, commodius ne putas, mandare Tabellis
Acta, locare operam quàm stabulis? Tabulis.
Quod nam ἐκ τῶν δένδρων genus est, Serta unde capillis
Haud indigna suis Cres petat acer? 27. Acer.
Ignarus, surdo feriat quod Carmina plectro,
Nec venit ad partes Musa vocata. Cata.
Iure equidem; quid namque novum, senis ora puella
Si fugiat, qui sic obstreperus? Streperus.
Vix Hircum à sue discernens (rogo) dignior Aulæ hic
Hospitio, an caulę est, crassæ ità naris? Haris.

Expertus, Scenę atque Scholæ tibi commoda dicet,
Inter & has 28. inter quanta capedo. PEDO.
Qui modò opimè agitans, Thymele esuriente relictâ,
Discipulorum inter pulpita 29. pedit. Edit.
Prudens ille tamen, mores formando Iuventæ
Flectere si norît indociles. Dociles.
Nam quæ Augeia queat Scholico par esse labori,
Quem Crocus exhausit, vel Stenemola? Mola.
Sit modò par oneri; ferulis neque parcat, alumnus
Admoto quoties verbere flerit. Erit.

Quid facit, inter oves placidas, tumidosque Leones
Tanta sit ut morum 30. differitas? Feritas.
Quid facit, ut fidibus malim, quàm cæstibus uti,
Certare aut duro pancratio? Ratio.
Nil mihi cum pugnis: Harpasto ludere malo,
Quàm tractare manu Martia pila. Pilâ:

Et Rudibus. quàm ferro uti, si fors mihi 31. Samnis
Æmulus obtingat, straba tuens. 32. Batuens.

Velificent alii, tortâ queîs cannabe fultis
Vita sit in transtro non pavidis. Avidis.
Pars vino curas jugulent, Germanus ut olim
Miles, post pugnam Bebriaci. 33. Ebriaci.
Quid, mihi si lubeat temeto (ô Nympha) carere,
Ut cui opus Cereri Sacrificare? Care.
Sint, quibus in studio Fasces & præmia Honorum;
Ritè quidem, si sint 34. infragiles. Agiles.
Lucripetis quæstus sint & sua Fœnora curæ,
Nullis unquam opibus quos satures. Satur es.
Ære quidem, at nunquam Musarum explendus amore:
Sed neque opes dignis invideo. Video.
Rectius & quanto, tritum quos linquere callem
Exhortatur amor ingenii! Genii;
Inserere & Famæ sua nomina, ut Actius olim,
Molsaque cum Bembo ac Naugerio. Augerio.
Busbequium signas; cui & Heinsiadem licet addas
Prœconem Volucris Chaöniæ. Aöniæ.
Ipse ego quis videor, conceptum è Funere Nati
Dum desiderium Carmine solor? Olor.
Contrà Auruns, primas cantando ferre suëtus,
Iam quid habet reliquum decrepitus? Crepitus.
Evenisse eadem video quoque Castori, inepto
Risum qui cunctis Carmine præbet. Hebet.
At quis non storias potius, quàm talia Scripta,
Vel tritas malit gausapinas? Apinas.

Hei, quid agam? colere Hispo vetat nos Musica Sacra,
Qui trahit à Patrio Stemmata 35, Cole. Cole.
Cûi neque tres satis Anticyrę, medicina nec unque
Vel toto Hellebori jugere fiat. Hiat.

Hæc

Hæc leviora tamen, præ quæ mihi Bubo minatur,
  Neſcio quid ferale exululans. Ululans.
Parte aliâ raucum quiddam atque inamábile crocit,
  Neſcio quis Coraci haud abſimilis. Similis.
Quid capiam, ut nocuos exſurdem hos triſte ſonantum
  Undique plangores Alituum. Lituum.
A Tragora ſed enim gravior metus, hinc niſi porrò
  Hunc abigas: at quo? Thermopolim? 36. Hermopolim
Nam quid 37. alid facias, Patriæ auſo reddere nobis
  Hiſtoriæ corpus exanimale. Malè.
Quêis Hydri accedant ſi ſibila, quæ reliqua (heu) ſpes,
  Si non colligam uti ſarcinulas? 38. Inulas.

Res quî nam Humanas Cęleſtia Numina verſant,
  Quæ Superûm præſunt Conciliis? 39. Ciliis.
Virtute, an vitiis reliquos ante-ire putandi
  Hi, qui ſe oſtentat divitiis? 40. Vitiis.
Quid cauſæ, ut prius Irus, aret nunc jugera centum
  Dama, argenteo ovans malluvio. Alluvio.
Quid mihi propoſitum eſt, propter quod publica curans,
  Prenſo, peto, ſatagens omnia conor? Honor.
At quod 41. opræ hujus erit pretium, ſi cuncta capeſſam,
  Aut Fora ſi laſſem Terna Patronus? Onus.
Quidve lucri faciam, mihi ſi flaccente ſub armis
  Manarît toto corpore ſudor? * Ὕδωρ.

Hei, qualis viſa Eva tibi, quæ induxit Adamum,
  Ut vetita auderet tangere mala? Mala.
Fatalis non ſic 42. Faber Arcę, Auctore Deo quæ
  Servavit ſæclis omnia 43. Ζῶα. 44. Σόα.
Edictum 45. Λόχιας tanti haud fuit exequi, ut orbos
  Iſacidas faceret Rex 46. Amenophis. Ὄφις.
Quid Troiæ fuit exitio, niſi adultera 47. χοῖρος,
  Tum 48. Ferus ille, Urbi non ſatis æquus? Equus.

 Quæ-

Quænam Orbis plaga Mæonidæ decorata ſepulchro?
Argos'ne, an Colophon, an mage Χῖος; Ἴος.
Quid dedit æthereas Anima ut penetraret in Arces
Herculea, extersâ jam cute pura? Πυρά.
Quem Titulum aſſignem tibi Iuppiter, Acriſii ſic
Deflueres quum per impluvium? Pluvium.
Deme caput voci, quod amet Tithonia habebit,
Perdet Alexander Bucephalum. Cephalum.
Cûi Πολιορκήτῃ quid erit quod ſomnia cantent,
Viſus erit ſaltans ſi Σάτυρος; Σὰ Τύρος.
Literæ Aventinus primæ fraudetur honore,
Servabit reliquum quid ſibi Cacus? 49. Acus.
Quâ notâ ab Hiſpanę gentis 50. Ductore Metellus
Aſperſus, quòd erat Dux Veteranus? Anûs.
Dic mihi, Druſorum dictus quo nomine Tonſor,
Cæſarius cepit quem Thalamus? 51. Thalamus.
Quæ 52. puero Thraci caput abſcidit, amne gelato,
Viſa tibi hæc qualis eſt glacies? Acies.
Quid linques, capitis facias ſi (Diva) minores,
Et truncos reddas Sardonychas? Onychas.
Pluris gemma mihi hæc, quàm frugibus apta terendis
Petra, ſuâ pollens non niſi mole. Molę.
Qualiter effertur Romano Idiomate, ſermo
Quod ſolet Æolicus dicere 53. φῆρα? Fera.
Nomen ad explendum Tragoræ, quùm pinxeris Hircum,
Quid reliquum eſt, poſcat quod ſibi 54. μῶρος? 55. Ὄρος.

Orbem circuiit totum quæ prima, vocari
(Dic mihi) quo meruit nomine 56. Navis? Avis.
Urbs ecqua eſt Rubrum lambens Mare, nomina geſtans
A Lagi Nato, num Ptolemais? Ais.
Quid facit, ut nunquam careat melle Enna, nec amnis
Accola, cûi Graium nomen Anapis? Apis.

Inſula-

Insulacis Thulen, medio circumflua ponto,
Quo nam insignitur nomine, fare? Fare.
Dic, quænam inversâ Regem sortita Coronâ est
Insula Stanlæum; quæ, nisi Mona? 57. **Μόνα.**
Indica non pluris, quamquam Urbs cognominis illi,
(Nympha) tibi est, Frisiis quàm sua Goa? Goa.
Quantum Mosâ Oxus, hodie tantum inclyta Thermis
Distat Achemeniâ Tungrica Spada. 58. Spadâ,
Rebus non ne tibi grande allatura videtur
Momentum nostris Urbs Neomega? 59. **Μέγα.**
Quæ plaga idem (Bello si Pax mutanda) futura
Franco est, quod Turco Pannonia? Hannonia.

Scis (Dea) Diderici fuerit quæ 60. Principis Uxor,
Inclyta, nec nostræ 61. laudis egena. Gena.
Quale genus Serti, nulli quæ nupta Marito
Decessit, merita est Nympha Meroda? 62. **Ῥόδα.**

Aggere quod rupto Monstrum reperere Batavi,
Obstructa ad Dammum quando 63. Lacuna? 64. **Κῦμα.**
Thurdrechti posuisse Urbis fundamina prima
Quos Populos credam, num Sturios? Turios.
Quos verò, quos Majores habuisse putandum est,
Haud Boios veteres, sed Bavaros? Avaros.

Consona quæ reddes, duo si tibi Nomina ponam?
Lomentum? Omentum; Bistonii? Istonii.
Altera quêis totidem subdamus uterque licebit;
Niliacum; Iliacum: Mandragoram; Andragoram.

Si qualis fuit olim, hodie est Urbs; Iuppiter Ultor,
Fulmine de cœlo tange 65. Crotona. Tona.
A Sole & Gabalo gessit qui nomina 66. Cæsar,
Luce magis dignus, an 67. Gabalo? Gabalo.

Quâ cruce plectendi, illotis qui Sacra Profani
  Spurcarûnt pedibus Divûm aſarota? Rotâ.
Quid facit, ut rem nemo ſibi, res cûi ſua cordi,
  Cum Scævâ cupiat eſſe Cyclope? 68. Κλοπή.
Quæ lôca præcipuè ad loculos Zonaſque ſecandas
  Sollicitant lævo pollice 69. φῶρα? Fora.
Poſt Trigam Eumenidum, quænam illa potiſſima Divûm,
  Cûi facere aſſuevit noſtra Cuneris? 70. Ἔρις.
Quo morbi genere, ægra trahens vix genûa, laborat
  Noſter Hyas, nunquid Hepatico? Pathico.
Quid, ſi aurem vellam Tatio, ut ſua pignora tecta
  Servet ab Eumolpo pullipremone? Mone.
In Florâ quid amat noſter Dolabella? Labella.
  Cur toties Acten nomine clamat? Amat.
Ecquæ pœna manet Chionen, quæ vertere philtris
  Tot juvenum mentes auſa κυνῶπις? 71. Ὄπις.
Eſt ne quis, à cujus liber plagiis uti vivam,
  Nequicquam Divûm Numina placo? Laco.

Quale genus potûs pro cerviſiâque meroque
  Noſtrum uti cenſes Ἀρτεμίδωρον. 72. Ὀῤόν.
Hunc quêis ſordibus aſſimules, quem explere nec Orci
  Theſauro ipſe ſui ſit pote Pluto? 73. Luto.
Aut quæ digna ſatis des nomina, quùm Iove natus
  Iam Titulum abſtulerit 74. Taurivori? Aurivori.
Quid faciam, ſi me Atta roget, ſuum ut Actora Sacro
  Fonte levem? & faciet, mens niſi læva. Leva.
Nil aliud, niſi Dona inhians: quid tam cupido vis
  Vicino faciam, tamque petace? Tace.
Iam quid agam, huc ſi quis bliteo nos Carmine tortum
  E Menapis veniat, aut Arelate? 75. Λάθου.
Hoc ſatius, quàm ſi ſubnixis turgidus alis
  Incedam anſatus per plateas. Lateas.

Com-

Compendîne aliquid faciam, nobiſcum olitor ſi
  Hoſpitij jungat Fœdera Polus ? Olus.

Scire velim, 76. γάλα ne`, an Chium potare ſuëtus
  Nos Threſſâ terrens claſſe Cigala ? Γάλα.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
  Sive æſtas, ſeu ſit horrida bruma ? Rumâ.
Mammã ais: haud Matrem puto, plena ſed ubera, 77. Mammę
  Quando etiam Mater nomine nota. Nota.
Nomine ſed Patrio effando, quâ voce Vetuſtas
  Infantum illecebras eſt imitata ? Tata.
Pars quænam humani digniſſima corporis, ipſo
  Nec minus ἀνθρώποις corpore cara ? 78. Κάρα.
Ipſius at capitis pars ecqua`, reciproca per quam
  Suêti Homines Animæ emittere flabra ? Labra.
Quid facit, ut reliquis præſtet mortalibus uno
  Corporis inſigni Sedigitus ? Digitus.
Canitiem malo ; 79. φαλακρὸς ſin reddar oportet,
  Ne noter, haud metuo, Calvitii. Vitii.

Hocce quid eſt, quo cuncta ruens Libitina, metenſque ,
  Pergit ad interitum ſic dare Sæcla ? 80. Sêcla.
Quid've aliud, quàm pulvis Homo; quâm Solſtitialis
  Flos Herbæ, aut potius quid niſi fumus ? Humus.
Aut, cui Mortarî eſt ex re Nota , Piſtillo[illegible]m
  Contuſa aſſiduo verbere 81. Pila ? 82. Pila.
Condignum'ne Homulo quid agit, tot ad aſpera natus
  In cunis infans qui mihi vagit ? Agit.
Quanto at peius agit Diderix mihi , reſpirandi
  Qui impos, anhelo Animæ πνεύματι tabet ? 83. Habet.
Cur (rogo) putori morbiſque obnoxius Auſter ?
  An quia nimboſo flamine 84. λυγρὸς ; 85. Ὑγ[illegible].
Tanti (heu) cauſa mali mulier, quæ Sûaſit Adamo
  Arbore de vetitâ carpere Mala. Mala.

Hinc

Hinc Ate incubit terris, hinc ſemina ſparſa
Morborum, hinc Febres peſtiferæ. Æſtiferę.
Alite Mors volitat curru, Lethi eſt nota Taxus;
Symbola fert Chriſtus Taxifragi. Axifragi.
Quem Prece ſi venerer, Scelerum ſi Pœniteat me,
Nil'ne boni hinc Supplex inveniam? Veniam,
Quid faciat ſuades, cui nulli in crinibus hydri,
Omnis Caſtalię cûi liquor aret? Aret.
Utilius 'ne paludis aves, quàm cortis alemus,
Vir quibus eſt lucis nuntius ales? Ales.
Quidnam ægris togulæ atque cibi tot egentibus optes,
Quêis neque cella, nec æs; omnia 86. ῥάκος; 87. Ἄκος.
Res quænam eſt, quâ præcipuè, poſt dulcia Phrynes
Oſcula delectat ſe Meleager? Ager.
Quæ Thamyræ merx apta, cui neque prata, nec arva,
Ulla neque impreſſo vomere lira? Lyra.
Ecqua Arbor Scrophæ tritis accommoda coſtis,
Pruritum peperit cûi ſcabies? 88. Abies.
Cûi pecori potius frutices & agreſtis erica,
Quàm thyma conveniunt, quamque Citrago? 89. Trago.
Pro calamis ſed enim Blenno quæ digna ſuppellex;
Tanta cui inſedit os ſtribiligo? Ligo.

Menſarum quidnam pedibus, ſigniſque Deorum
Materiæ inprimis utile rebor? Ebor.
Unde niſi à Phrygione petam, mihi textile opus ſi
Aulæum fuerit, ſive Tapete? Pete.
Pertica Tendiculam ſuſtentans, Nomen habet quod,
Quà jacet ad Sylvæ devia trames? Ames.
Vertentis Canthi æs crepero ſtridore Leonem
Territat, an'ne etiam Rhinocerota? 90. Rota.
Dic mihi, quid Criſtæ, Turmis quæ commoda & Alis
In Galeæ præbet vertice Conus? Onus.

Quæ

Quæ labefactandis aptissima Machina portis,
Firmior aut si quis sit paries? Aries.
Quis Deus est, ope cujus egent, in aperta pericla
Ante alios prompti se dare 91. Cares? 92. Ἄρης.
Pascere si minimo cupias, scin' quâ dape alendus
In Castris frugi sit tibi Tyro? 93. Τυρῷ.
Quæ res præcipua est, rigidi inter prẹlia Martis,
Quam sibi deposcat cruda Machera? 94. χεῖρα,
Nil tamen ista juvat, adsit nisi Martius ardor:
Bella ausis constant magnanimis. Animis.
Quid lucro imprimis fore mî cum fœnore censes,
Si tractanda fuat Res Populi? Æs Populi.
Dic, quid erit, ternum rediens quater uncia in orbem?
(Sic te, ô Diva, legat Posteritas) Erit As.
Semper acervanti Æs, quod nunquam inspectet, avaro
Quid 95. Thamyrẹ exoptes? num loculos? Oculos
At quid prẹcipuè fucatos inter amicos
Consuevit mentes consolidare? Dare.
Verẹ ubi (dic) Fidei recolam vestigia, cascos
Nunquid apud Cattos, an Batavos? Atavos.
Cum quibus at Populis socianda cubilia censes,
Qui dare vult operam connubiis? Ubiis.
Sanguine anus succoque carens, quæ prurit, honorem
Quem meritam dicas, num veretri? Pheretri.
Mentitur, virum avere negans se Caia valentem,
In thalamis operam quæ sibi navet. Avet.
Medæam, at quid agas, si nanciscare; vel Orpheî
Cæde infamem aliquam Threiciam? Eiiciam.
Et merito: neque enim tam Barbara Vate marito
Digna, fero at potius Cannibale. Annibale.
Ἡμίγυνος, cui nupta decens, nec Ianua mordax,
Effugere Atridẹ quî pote 96. κῆρα; 67. Κέρα.
Uxorem Calaminus habet, sed scin' (rogo) cujus
Solius rei egens sit Καλάμινος; 98. ἰνός.

Pero-

Peregrinandi studium.

ORbem quæro Novum : quid fiet, morbi aliquid si
Spaniola hîc pariat, vel mihi Cuba ? 99. Cuba.
Tutius hinc terrâ facere est iter : at grave, primo
Protinùs è stratis surgere mane. Mane.
Haud maneo ; neque me Tragoræ vicinia, longo
Nec juvat exhaustum Marte novale. Vale.
Impetus hinc Latios sæpe est mihi visere fines,
Perveniamque precor vel Mutinam, ô ! Utinam ô.
Usque vel Eridanum saltem, fontes've Timavi;
Euganeos ultrà, sive Henetos. Venetos.
Nam quis non patriis præponat victibus Urbem
Felsineam doctis cum Pepulis ? Epulis.

In Ius vis'ne vocem, si quis male vel faciat mî,
Vel dicat, contra Publica Scita ? Cita.
Quid faciam, querulæ'ne feram fastidia Socrûs ?
Haud mihi sic animi degeneres. Gener es.
Iam quid agam, si quis plena inter pocula, versæ
Eluvie aspergat me pateræ ? Patere.
Quid porrò, mussem'ne etiam vis, si quis asellus
Prò calce impingat mî cubitum ? I cubitum.
Prò nihilo ergo putem merulentę opprobria turbæ,
Pro nihilo sannas, verbera, sputa ? Puta.
Præceptum de Plebe alicûi des tale licebit ;
Non mihi, gente sato Parmigerâ. Armigerâ.

Quid facit, uţ tutos præstet mihi Ianua somnos,
Post cœnam , subiit nox ubi sera ? Sera.
Quæ pars illa Domûs, per quam exportanda Sabella,
Peste malâ hęc horno si moritura ? 100. Θύρα.

Quâ re habitura opus eſt Vicinia, ſi bibula ędes
Ipſa ſuas pergat urere Damis? 101. Hamis.
Nam 102. matulâ exſuperante modum, quam (ſcis habeat vim
Ebrietas,) mentes infatuans. Fatuans.
Plus uter in tenebris metuendus, parîete rupto,
Fur'ne manu promtus, an mage latro? Latro.
Deprenſo ſed nocte meos vi frangere clathros;
Non nervo hûic fauces illaqueo? Laqueo.

103. Pręſtite quo Divo ſapiens utare, Penates
Nequa tuos auſit vis violare? Lare.
Hoſtilî hic quoque nomen habet; cui thura, vel agnam,
Prò re (uti vult Marcus) ſacrificato. 104. Cato.
Proînde Iovi, Ianoque ſimul, Veſtęque litandum,
Quorum ope res omnis mî ſtabilita. Lita.

Seminibus quid agam patriis (Dea) quæ neque Iava
Miſſa, neque à molli ſunt mihi Sere? Sere.
Utilius'ne metam ſegetes, quâm tubera, ſi mî
Vivendum ad Meroën ſub Mahomete? Mete.
Dic mihi, quid præter Genium cœlique ſolique
Concinnet nobis mitia mora? Mora.
Quid nux viſa tibi, quid menſis apta ſecundis:
Uva, mihi à noſtro miſſa Libone? Bonæ.
Quę Faba Pithagoræ (puto) cognata audiit olim,
Dicitur indigenâ voce ea Bonâ. Bona.

Ex

Ex personâ frugi, hoc est, inemptis dapibus victitare consueti, Patrisfamiliâs.

TRans Mare vecta alij jubeant sibi Fercula poni,
Non contenti Epulis Westphalicis. Alicis.
Cinnama quos, Indæque juvant plus germina Messis,
Quàm sata rupe seges Caucasiâ. Casia.
Mos quibus, Arabio hinc perfundi corpus Amomo,
Hinc Nardo crines Assyrio. Syrio.
Me'ne etiam, hoc ut more linam, vis, tempora; corpus
Si quando ad mensam sterno recline? Line.
Uncta apage hæc: mihi sat quidvis, simul hospitis expers
Prandiolum possum sumere solus. Olus.
Esu alij hinc sibi Mala legant; mihi Nectaris instar
Sunt succo expresso mitia Poma. 105. Πόμα.
At quali, scin', Lacte utar, dispendia vitans,
Sive die medio, seu mage serò? 106. Sero.
Nec Genium fraudare mihi tamen ulla lubido est;
Dî melius: cura hæc sit Smaliis. Aliis.
Et qui non nisi Anum Convivam suêvit habere,
Furfuream apponat cui Secalen. Hecalen.

Sat mihi, sat quidvis, tenues dum condiat escas
(Fida Peni Custos quæ mihi) Cnea. Νέα.
107. Glaucia sat, Boscas, Phalaris, Querquedula, opimas
Pisce paludigenâ farta nates. Anates.
Præ quo Epulo nec Avis placeat mihi Phasidis, orbæ
Quam Megaræ assuevit mittere Clitus. 108. Ἴτυς.
Nec pluris Leporina mihi, quàm Bubula; pingui
Nec Vitulo pluris macra Lagois. 109. Ὄϊς.
Nil Rhombus, nil Trigla sapit: apage Ostrea; totum
Nec Catia apponat mî gula κάπρον. Aprum.

Nam

Nam stomacho magis apta meo Porcina; suëti
Me tenui oblectare Isicio. σιτίω.
Sic tamen, ut mihi nec muriam, neque Salgama poni
Ulla velim; haleces ne placeant. Aceant.
Nec paritura sitim cupio farcimina, fumo
Durata, aut crudum nescio quid. Scio quid.

Me Faba nata domi, me Nux capit & cui Ponti
Prima dedit Nomen Urbs Cerasus. Cerasus.
Pruna 110. Damasco ipsi nomen debentia, tosta
(Pœbe) tuis radiis, vel clibano. Libano.
Plus fructus nos nempe juvant, quàm tortilium lanx,
Aut bis cocta rotę schemate 111. Spira. Pira.
Poma immò potius; capior quoque palmula, & uvis
(112. Persica nec sperno) Duracinis. Acinis.
Hoc (rogo) non melius, quam si Turdo Ostrea, vel si
Sanguine cum Scombri Vina jugâro. 113. Garo.

Non Medici credis, non Curatoris egere,
Laureolo bona quis si sua leget? Eget.
Remigióne meo, satius, geram ut omnia; quàm me
Consilio Patrui semper egere? Gere.
Ecquid opus, salvum ut jugulum mihi Numina præstent,
Quàm prius 114. Antiochi forcice rador? 115. Adora
Grata Deo quondam, nostro cur tempore latæ
Arguitur culpæ labe Choréa? Rea.
Quid lachrymarum imbri salso assimulemus amantûm
Consuevere oculi queîs lachrymare? Mare.
Dic mihi res quænam cupido consuevit amanti
Esse odio imprimis, mens cui μωρα? Mora.
Quomodo se thalamis Dominę insinuabit Amator,
Cûi fallenda habili pollice clathra? 116. Λαθρα:
Quid passurum animo credis, Spartane alicui si
Diducto retegat tegmine 117. μηρόν? 118. Ερον.

 Ore,

Ore, quid est, quod Hyella gerit; Paphiône petitum
Horto ἴον, an pueri Præpetis 116. ἰὸν Ἰ'ον.
Dic mihi, fingendæ quænam medicamina formæ
Uti Agathe, Eucolpi suêta Patrona? 120. Θρόνα.
Non bellè tibi picta Ægle, non Flora videtur?
Ora quibus fuco sublita sunt. Ità sunt.
Quid (rogo) captivos Iuvenes abducere sollers,
Sub tunicis suevit ferre Molina? 121. λίνα.
Quæ pœna incautis metuenda potissima 122: Verpis,
Quas semel attigerint Heliodora? 123. Δορὰ
Non possum Andromachen: quid enim? si 124. πῆμα γυναικός,
Defungi modico πήματι malo, Malo.

Ex personâ Amantis.

Iocosum.

INter tot patrias justâ prò Conjuge Nymphas,
Garrula, quam teneam vis; Dea? téne? Tene.
Résne Viri (censes) aget is, cui ducitur Uxor,
Postera ut ex sese sęcla propaget? Aget.
Quæ verò es nostrum concendere digna cubile?
Num Dryadum ex omni lecta grege una? 125. Γυνά.
Atqui casta mihi placeat quùm Cypris ab omni
Opto probri immunem ducere labe. 126. λαβέ
Audio; sed quum nil nisi Vox sis, munia fungi
Comparis, haud video, quî valeas. Valeas.

Aliud ex personâ haud ab simili Genio litantis,

Hoc est,

Natalem celebrantis suum.

ITe procul curæ: meus est Natalis, Amici:
Quis scit, an hęc unquam Lux remeabit? Abit.

Hei, quid agam, blanda injiciat si vincula Phryne,
Illic nos oculo si Phlogis hamet? Amet.
Par utriusque Lepos, studiosæ Carminis ambæ;
Utraque verno ævi flore decora 127, κόρῃ.
Cûi florum generi par est contendere odorem,
Qui fluit ex Idę Sûaviolis? Violis.
Quid faciam illecebris vernantem talibus Hortum
Annuerit Charitum si mihi Triga? Riga.
Quid porrò, in tenebrísne 128. micem cum Chloride suades?
Nec metuam, ne me fraudet Amica? Mica.
Tot Dominę ergò tibi? quanso moderatior Aulus,
Una cui satis est Deidamia? 129. Μία.
Has ego opes malim, pugnâ quàm sternere Mauros,
Vel regere imperio tres Capuas. Apuas.
Adde his vina, Puer, Saliis sed qualia mensis.
Ponere couvivans suevit Hymera. Mera.
Neu mihi per brumam tepeat Focus igne maligno.
Suggere municipi cespite 130 κᾶλα. 131 καλά.
Hoc (rogo) non melius, ut amando tempora vitæ
Oblectes, quàm si nil ageres? 132. Age Res.

Ex Menandri Poëtæ personâ in AEgyptum Alexandriam à Rege Ptolemæo acciti evocatique; amplissimis propositis præmiis ejus rei ergo directâ Athenas Legatione.

Ad Lagúmne meem, Glyceren (mea regna) relinquens,
Gratia si trahat huc nos Ptolemea? 133. Mea.

Ex personâ a L. Plotii in Salernitanâ latebrâ unguenti odore à percussoribus suis proditi oppressique,

Quid fuit, ut lethi fierent mihi causa latebræ.
Unguenti indicio dum male prodor? Odor.

Explicatio notarum occurrentium in Echone IANI DOVSÆ.

1. *ENnij, qui Rudiis Calabræ oppido natus.*

2. *Cujus, (haud paulò sanè Ennio vetustioris) Carmen d[e] Morbus, indidemque petita Fragmenta aliquammulta apu[d] Verrij Abbreviatorem leguntur.*

3. *J. Nannium, à patriâ Civitate Almeriâ (quæ hodie Alcmaria) ita denominatum.*

4. *Vergilius Georgicis, Varro in libris de Re rusticâ. Quod argumentum jam antea Mago Carthaginensis (parens ille rusticationis Columellæ dictus) linguâ Punicâ XXIIX. voluminibus industriosissimè fuerat persecutus. Quæ deinde Romæ ex Senatusconsulto, hoc est, Auctoritate publicâ in Latinum sermonem sunt conversa.*

5. *Gabriel Altilius, Episcopus Polycastrensis, cujus eruditissimum Carmen Nuptiale in Isabellam Arragoniam impressum legitur:*

6. *Hieronymum Angerianum intellig, cujus* ἐρωτοπαίγνιον *una cum Marulli ac Secundi nostri Poëmatiis non ita pridem in Germaniâ recusum.*

7. *T. Vespasianus Herculis Strozæ pater.*

8. *Petrum Angelium Bargæum, cujus exstant Cynegetica.*

9. *Petro Loticheo Secundo.*

10. *Elyrij Calenti, (magno Pontano illi coætanei) cujus opuscul[a]* Poëtic*a Romæ quondam typis publicata.*

11. *Benedictus Arius Montanus.*

12. *Domitij* Pallady *Sorani, cujus Epigramata multo impurissima Venetiis impressa leguntur.*

13. *Eo nomine vocatus Remus Sylvius XII. Latinorum Rex, q[ui] ob impietatem fulmine ictus interijt. Dionys. & Oros.*

14. *Panagrius Salins Veromandensis.* 15. *Ioannes Auratus.*

16. *Pro quovis Librario accipiendum, à veteri illo cum Martia[li] tum Quintiliani præconio decantatissimo Bibliopola.*

17. *M*

17. *M. Antonius Casanova, cui, in tanta delectissimorum Poëtarum copiâ, uni omnium arguti Epigrammatis palmam ab ipsa Urbe publicè delatum fuisse, testis est P. Iovius.*

11. *Trogus Pompejus,*

19. *Rerum Germanicarum Scriptorem non incelebrem Claudiana ætati supparum, à cujus Historiarum fine exorsus Major Plinius, continuato deinceps ordine, temporum suorum, res gestas uno ac* XXX. *voluminibus persecutus legitur.*

20. *Bartholomæo* Facio, *qui temporum suorum Historiam* X, *Libris complexus.*

21. *Rerum Francicarum Scriptoris, à Wechelo Lutetia excusi primitus.* 22. *Lamberti Schafnaburgensis.*

23. Ὡρογραφίαι, *Annales, unde* ὡρογράφοι. *Annalium compositores.* ὧρος *enim annus est.*

24. *Ad Ephorum Cumæum illum hoc omne referendum, qui* 750. *annorum, Historiam, ab Ily expugnatione ad sua usque tempora.* XXX. *libris est persecutus.*

25. *Ubbo Emmius, Frisicarum rerum Scriptor multò disertissimus,*

26. *Prò, mensura Victorinus.*

27. *Acerem enim antiquitus Stupori consecratum fuisse, Auctor est Servius.* 28. *Tmesis, pro Intercapedo.*

29. *Ad proletarum Idiotismi nostri convicium Allusio ex scævâ imperiti vulgi opinione potius quàm mea, per tempus & causam huicce loco populariter accomodata.*

30. *Differitas pro Differentia. Lucret.* 31. *Prò Gladiatore.*

32. *Siquidem Tyronum exercitationes tam militares in campo, quàm in ludo gladiatoria Rudibus, hoc est ferulis peragebantur: quod Batuere proprie dicebant, & Gymnasium ipsum Batualia, quæ Battalia vulgo dictitari solere testis Adamantius Martyr, unde & idiotismo nostro natum hodie vocabulum, Bataille.*

33. *Usus eâ voce Laberius Mimorum Scriptor haud incelebris pro bibulis & ebriosis.*

35. *Id est, incorrupti, atque (uti Crispus loquitur) invicta animo Adversus divitias. Agiles porro, pro Actuosis positum.*

35. *Pro Caule, sive Brassicâ*
36. *Urbem Ægypti, ubi Pan colitur & Hircus ut ait Pindarus. V. de Volaterr. lib. 12.* 37. *Alid, pro Aliud* ἀρχαικῶς.
38 *Quippe quæ præsentariam Antidoti vim habeant serpentum morsibus auxiliantes ac venenis resistentes.*
39. *Ad Horatij illa referendum Cuncta supercilio moventis*
40. *Secundum illud ejusdem Poëtæ Stultitiam patiuntur opes.*
41. *Ad imitationem Ennij scribentis: Quivit prò factis reddere opræ pretium.*
* *Aquam, pro Sudore. s. lucrifacies.*
42. *Noë.* 43. Ζῶα *animantia.* 44. σόα, *salva denotat.* 45. *Obstetrices*
46. *Amenophis II. Ægypti Rex Edictum de necandis Hebræorum pueris proposuit. cui tamen per obstetricum pietatem obtemperatum non fuit*
47. Ὁ & ἡ Χοῖρος, *pater vulgatam Suis notionem, etiam* τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον *significat apud Aristoph. in Acharn.*
48. *Ferus, prò Equo posuimus hoc loco, Catulli in eo, tum Vergilij, Prudentij, Petronij denique auctoritatem secuti. Quâ de re in Scriptorem illum Præcidanea nostra consulantur.*
49. *Acus, Aceris, prò Paleâ, hoc est, purgamento frumenti positum hoc loco.* 50. *Sertorio vide Plutarchum in ipsius Vitâ.*
51. *Refer ad illa Martialis: Tonsorem puerum, sed arte talem, qualis nec Thalamus fuit, Neronis Drusorũ cui contingere barba*
52. *Hoc ad Epigramma illud Germanici Cæs. pertinet, cui initium: Thrax puer, adstricto &c.*
53. Ἀντὶ τοῦ θῆρος. 54. *Morio,* 55. *Montem.*
56, *Magellanica, Victoria, & quidem Alata, Titulum atque insigne præferens.* 57. *Sola.*
58. *Vico Regni Persici, ubi primùm Eunuchi facti, qui indidem quoque Spadonum nominis occasionem cepere.*
59. *Magnum, ingens.* 60. *Primi. s. Comitis.*
61. *In Annalibus nostris metro conscriptis.* 62. *Rosam.*
62. A. MCLXXX. *Vide Hollandicarum Rerum Annales si Chronica nostra vernacula.* 64. *Canem.*

65. *Ep*

65. *Ejus Urbis descriptionem quære apud Petronium.*
66. *Heliogabalus.* 67. *Pro Cruce, Varro.* 68. *Furandi studium.* 69. *Furem.* 70. *Contentionum Dea, sive Litium.*
71. *Ultio Divina.* 72. *Prò Sero lactis.*
73. *Lutum non est lutulentius. Plaut.*
74. *Refer ad herculis Epithetum.* ὁ βȣφάγος.
75. *Lace.* 76. *Lac.*
77. *Interpretando ex verbis illis M. Varonis: Cum cibum ac potionem Buas ac Padas docent, & Matrem Mammam, Patrem Tatam. Vide Non.* 78. *Caput.* 79. *Calvus.*
80. *Prò Seculâ, hoc est falce messoria, quâ segetes inciduntur. Saturni dentem indigitat Verg. Nos,* **Een Zeekel.**
81. *Pila, primam producens hoc loco pro Mortario ponitur, in quo farra olim, nunc legumina, Herbæ, semina atque aromata contunduntur.*
22. *Allusum ad illud Comici: Di nos quasi Pilas homines habēt.*
83. *Ad solennm illam Po. Ro.* ἐπιβοημάτων *formulam spectat hæc Allusio, quâ læsis in Arenâ Gladiatoribus spectatores acclamare consueverant; Habet. Vide Lipsij Saturnalia.*
84. 85. λύγρος *tam humidum, quàm perniciosum;* ὑγρὸς *humidum significat.*
86. *Pro vilissimis, pannis & linteis.* 87. ἄλλος *remedium.*
88. Ειρωνικῶς, *quum cæterùm hocce Arboris genus maximè enodi sit cortice.* 89. *Hirco.*
90. *A verbo Roto, ut sit imperativus; atque quasi subaudiatur, fac periculum.*
91. *Ad verbum illud vetus referendum:* Ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον; *Hoc est, in Care periculum. s. facito. Siquidem Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, ut qui vitam suam vilem haberent, sanguinis animæque plus æquo prodigi.*
92. *Mars.* 93. *Caseo.* 94. *Pro* χεῖρα *i. manum.*
95. *Pro, Oculis capto, sive cæco.*
96. Κῆρα *Fatum, sive Sortem significat.*
97. *Pro* Κέρατα *cornua.* 98. *Hoc est nervi, sive Virium.*

99. *In morbo, immò in lecto potius.* 100. *Janua.*
101. *Hama, instrumentum arcendis restringendisque incendiis comparatum. Iuvenal. Dispositis prædives hamis.*
102. *Ad Lemma illud Satyræ Varronianæ allusum: Sit modus matulæ, sive* περὶ μέθης.
103. *De Laribus cognomento Præstitibus consulendus Ovidius in Fastis, de Hostiliis Festus.*
104. *Libro de re rusticâ, ubi Sollennitatis hujus exstat Formula, & quidem verbis conceptissimis.* 105. *Potus.*
106. *Id verò Græcis* ὄρρ⊙ *dicitur, nobis proletario sermone,* **Merß.**
107. *Glaucia hoc loco non* ἑνικῶς, *seu* πληθυντικῶς, *accipiendum: quibus aliæ porrò Anatini generis species subjiciuntur. Vide Plinium cæterosque Rusticæ rei Scriptores.*
108. *Phasianus.* 109. *Ovis, immo Ovilla potius.*
110. *Pruna Damascena.*
111. *Junii Nomenclat. vide, in voce Spira.* 112. *Duracina.*
113. *Interpretandum ex illo Martialis. Addet & arcano mista Falerna garo.*
114. *Notissimi Tonsoris nomen apud Martialem.*
115. *Farris genus, quod tostum molam salsam efficiebat antiquitus. Hic pro quovis averruncandæ Deûm iræ, sive impendentis periculi* ἀποτροπαίῳ *Sacrificio accipiendum.*
116. *Furtim, clandestine.*
117. *Refer ad veterem illum Lacœnarum morem, quæ* φαινομηρίδες *propterea dictæ, quod incedentes femora retegerent. Plutar. in Numa.* 118. *Alterum Femur, alterum Desideriũ significat.*
119 *Quorum alterum Violam, alterum Sagittam denotat.*
120. *Pro pigmentis, vide Theocriti Scholiasten.*
121. *Pro retibus, quòmodo Epidico interpretatur Plautus.*
122. *Verba pro Mutone, sive Caudâ salaci Romanis scriptoribus usurpata antiquitus, quæ Græcis propriè* φαλλή.
123. *Excoriatio, ut ad Lucilianum illud* ψωλοκοπούμενοι *referatur: neque aliunde porrò istius dicti interpretatio arcessenda.*

124. *Ne-*

124. *Noxa, ſive Calamitas.* 125. *Mulier.* 126. *Cape.*
127. *Puella ætate florida vel potiùs flos ipſe.*
121. *Micem, Amphibolia: Incertum enim, utrúmne ad genus illud luſus pervulgati, qui cæcâ digitorum micatione peragitur, an potiùs ad pygiacos Venerei operis motus referri debeat Siquidem To Micare, præter notionem uſitatam, pro Tremere quoque ſeu Moveri poſitum paſſim apud probatos Scriptores eſt reperire.* 129. *Sola.* 130. *Ligna.* 131 ἀντὶ τοῦ καλῶς.
132. *Præceptum Politicum.*
133. *A verbo Meare, ut ſit Imperativus.*
Vide Plin. *Nat. Hiſt. lib. 13. ca. 3.*

Luſus
THEODORI DOVSÆ I. F.

HIc gelidus fons eſt, hic mollia prata Licoris,
Et locus ad luſus commodus hic. *Modus hic.*
Incipe Damœta, tu deinde ſequere Menalca.
Exhilara genium ſollicitum. *Licitum.*
Qualis at Orlandus num ſignifer? Ignifer. *I, fer.*
Pabula delicium quis color eſt? *Olor eſt.*
Is poterit mentis nebulas diducere cantu,
Qualiter inflectens doctus 1 Arion, 2 *Ion.*

Imago Diſſyllabica.

INter primævos quos laudavere parentes
Quis magis antiquus quam Zorobabel? *Abel.*
At quis Maurorum præfulget ſtemmate, vel quis
Perſarum? en conſtant nomina 3 Bochus. 4. *Ochus.*
Cujas Dido fuit non ſic fodienda mariti
Munere? des patriam conſcia Cirra. *Syra.*

Quid Regi post incœstum, vitiumque sororis,
Cum Progne accessit postmodo litis? *Itis*.
Dum furit in cunctos gladius sine fine Neronis,
Quid faciat Latium, quidve Senatus. 5 *Athos*.
Virtus an probitas an pulchræ encomia famæ.
Quid magis exosum est, dic 6 Caracalla? Καλά.
Balduino sed quis Flandro caput amputat ense,
Vastante Hęmoniam milite πᾶσαν? 7 Asan.
Tu quoque dum prandes diducens tempora luxu
Excuteris Pisis dux Vagivola. 8 *Vola*.
Quis Mauris per Fernandum cito portus ademptus
Implevit postquam milite χώραν. 9 *Oran*.
Qualis at ille tibi visus qui cedere ferro
Est ausus 10 Galeam Lamponianus? Ἄνυς.
At si plura velim plectro deducere Cleio,
An favet inceptis pulcher Apollo? Pol, O.

De Plantatione.

AN fieri possit quis per compendia dives
Plantando aut salices fare Thalia? λίαν.
Sive aliud nam sunt cerasus, sunt prunus, abelus,
It comes an juglans it bona vitis? *It is*.
At tibi si placeant mulctralia, pastor, ovile,
Qualia sunt taurus, Frisica vacca. *Vaca*.
Quod sapit ac omnes superat dulcedine fructus.
Nomine quo gaudet dic mihi Musa? 12 *Musa*.

In Cornigeros.

IMportune senex lectus genialis in aula est,
Prompta ministeriis stat Cleopatra. *Patra*.
Turpe senex miles, turpisque annosa libido,
Ludibrium pueris tempora finis. *Iuis*.
Castrata an possit, quid turpius esse senecta:
Surdus ἔρως heros stat male, præbet. hebet.
Præteriere dies & blandi tempora veris.
Pręscia datque omen, cornua, 13 parra, *Para*.

Non Gallis ſeritur metiturve inſulſe ſed illis,
Queis conſtat quod amat fuſca Caſara 14. *Sara.*
Et quod non renuit Xanthi prædivitis uxor
Regia non coujunx pulchra 15 *ἱεροφίλα. φίλα.*
Armavit natura caput frontemque venuſtè
Ni tua cuſtodis corniger es. *Niger es.* 16

Aliud ejuſdem generis ſive Peregrinatio.

DIc quibus in terris & eris mihi parvus Apollo,
Ars viget ante alias aurificina? Cina.
Attamen antiqui laudant Rhodon, aut Mytilenem
Nunc placet è cunctis quod rogo clima? *Lima.*
Arcet Iber, prohibent incommoda fata labores,
Lucra dabunt animos en Tarenata. *Nata.*
Per mare currendum quod terras dividit ingens,
Perque ſalum fluctus per vada cœca. *Seca.*
Delectentne magis Cancro ſubjecta propago,
An Melli regnum, 18 Gnargala, 19 Guber? *Iber.*
Sed quid perjuris facias cum gentibus, æſtu?
Quid dederit lucri barbara Cano? *Cano.*
Quis prætervehitur Libyes primus caput alto,
Concolor an voci littera γ? *Gama.* 20

Alind iter, ſive peregrinatio, ad Siphylidis inſulas Triſyllabis conſtans.

AT ſi Creta tuis reſponderit inſula votis
Terra ferox vini tum Iovis eſt. *Ovis eſt.*
Fors 21 Ciprum Cretæ præfers, natamque parenti.
Quæ micat hæc cujus lux generis? *Veneris.*
Negroponte cadens, paphios mirabere lucos,
Et nemoris Circes depoſitum. *Poſitum.*
Si montana tuis reſpondet vocibus Echo.
Ad quas ſi in latebras confugias? *Fugias.*
Hoſpitibus plaudens Erycina favebit, *Avebit.*
En Rhodus en ſaltus pſaltria tres, *Tria tres.*

Post hinc lactucis & mollibus utere malvis
Conducunt lignum torta tabaca. *Casa.*
An pœto in pratis præstantior herba virescit?
Aut mage conveniens aucupio? *Cupio.*
Nec pigeat crebro fumos animasse palato,
Ructat an Ætna suas siccine res? *Cineres.*
Ergo si capiti gravis est pituita catharrus
Sis bene provisus de figilo. *Vigilo.*
Plasmata multa suo possit formare patrono
Egere flegmaticam maceriem. *Seriem.*
Palladios purgans fumo sine fine recessus.
Abstemij tecum ne sedeant. *Sedeant.*
Quid captansne queas ligno exsudare salubri ut,
Πνδίμασι, quæ Ciprus contribuit? *Tribuit.*
Contagis præbet titulum cui Gallia, causam
Parthenope, sita vel trans mare Cuba. *Cuba.*
Serpit in ima malum sensim, roditque medullas
Cultori infausto Syphilidis. *Phylidis.*
Tum pallor, macies, pellucent fronte rubinus,
Concolor, atque aliter chrysolitus. *Solitus.*
Sed tibi quod nullus poterit sanare Machaon,
Hocne dabit vitulus Gangeticus? *Geticus.*
Vel 22 Nigritarum tellus, tu tendere perge?
Muccosus, pallens, nescio cur. *Scio cur.*
Ex vitulo patriç sanus reddere valensque,
Sicne uti biscoctum vel lateres? *Lateres.*
Quod vitiis lædas vires animæque salutem
Iturus rogo quisnam infitias? *Vitias.*
Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas,
Fallacis mundi respue res. *Puer es.*
Per virtutis iter quis currit? an male sanis
Est mulier Siren blanda echeneis? *Eis.*

In Prædones maris ejusdem generis.

PRædator superumq; dolor, Neptunia proles,
An fieri locuples dic valeat? *Valeat.*
Num sit nulla rudi pietas aut gratia pubi?
Gens atiqua fuit quid 23. Cilices? *Silices.*
Cæsareas ausi manibus contingere puppeis,
Quis domuit 24. Gnæi, num vaga vis? *Vaga vis.*
Quando quis è Magni purgabit stirpe profundum hoc,
Aut pollens tanto Mars sceleri; *Celer I.*
Non pudor innocuos trucidare, expellere rebus,
Artibus, & diris ingeniis. *Geniis*
Monstra marina parit Neptunus plurima, vaccas,
Inque sinu Tethidis polypus est? *Lupus est.*

Aliud de Phylosophis nonnullis.

XEnocratem audivit postquam præclara docentem
Indixit vitiis quis πόλεμον? *Polemon.*
Immundum mundum Samiis prudentior inquit,
Esse fori similem Pythagoras, Ἀγορῆς.
Crantore, Chrysippo, quos tollit terra Pelasga,
Discutit an scriptis 25. *Ammelius*? Melius.
Qui sunt qui Libyam late scripsere patentem?
Meshudius, Ficri, tum Leo sunt. *Eo sunt.*

Vinum, Cerevisia.

INsula Græca jacet medio circumflua Ponto,
Excipe delitias Ambrosias, Roseas.
Fac tibi sit vini præstantis copia præsto,
Quodque fugare queat cordolium. *Dolium.*
Sin mage delectat cerevisia, deliciæque
Nostrates, coctam des Cererem. *Sere rem.*

Fortunæ mutatio.

SÆva negera trahit, quid semper? pignora rerum?
Angueis fœta gerens vipereas. *Pereas*

Hectoris è busti latebris protractus ephæbus,
En datur in præceps Astyanax. τὶ ἄναξ?
Quid capite abscisso fratris sacer Hannibal infit?
Occidit, eheu spes imperii: Perij.
Tristia multa videt discors Germania, dic Mars?
Nunquam finis erit vel satias? *Satias.*
Quin belli in Tnrcam potius tormenta moventur,
Regnat ubi impietas, fœda Zodoma. *Doma.*
Inter pugnaces reges quibus inclita fulget
Sparta refer fortis quis magis est? 28. *Agis est.*
Vincere Ruffenum an Martis potuere furores
Nescio, sed qualis P*ulcio* 29.? scis, *Scio, scis.*
30 Sed quidnam Spartanus ait? Prandete sodales
Ut cœnaturi cum tritavis? *Ita vis.*
Quid facias mundi turbatis undique rebus?
Fortunaque bonis instabili? *Stabili,*
Qui maris exiguo distinctus limite regnat,
An gravis Hispano barbarus est? Βαρυ'ς est.
31 *Euphratis* quondam tangebat terminus undas:
Nunc ubi quo Christo terminor est? *Minor est.*
Quæ terret displosa mann bombarda volucres,
An simulac pyxis dissiluit? *Siluit.*

COROLLARIVM.

Qualis nam Musa est, an præstat acumine Marco,
Exhibuit mundo quam 32. *Casanova*? Nova.
33. *Actius* Hesperiis Sincerus notus Eoïs
Inclyna nasario nata propago. *Pago.*
Nec Græcis nec Romanis vox cognita 34. *Xerbet,*
Quam tribuit Pallas docta Sabæa? *Bea.*
Quid sequitur si largitur Deus omnia quæ vis,
Prœmia, successus, prospera, chara? χαρᾷ
Rode caper vitem mox est staturus ad aras,
Gratior an Baccho victima pollet? *Olet.*
Quid causæ ut vino abstineat gens Turcica, Pontus,
Quique agitant populi sub Machcmethe? Μέθη.

Barbarus, atque Tagi clamitant quo fine colonus,
Dum nova bella movent urbe 35. *Chaſaſa?* Za, Za.
Si pulchrum Ligeris tondebit vacca novale,
Qualia lucra feret Gallia? Galla? γαλα,
Quis lepra dic ſanatus Iordane lavatur?
Pendentis ſpecimem des mihi Naman. *Haman.*
Per ſed quid ſignat diſtinguens nomina Teuto?
Sit miles princeps, ruſtica, ſcaber? **Aber.**
Sarmaticumne ſtruens incenſor nomen habebit
Iliaci generis, ſçourovifino? 36. *Sino.*
Spurius Hetruſcis profertur beke fututo!
Unde etymon traxit dic rogo? pene? *Bene:*
Si male perturbat res inconcinna cerebrum,
Quæ tibi ſuccurrit litera fine? Φ, *ne*?
Qualis Gallorum vicus, quem nullus inerrat,
Quin ferat in veſte aut corpore ſcomma? *Coma.*
Sed quo tantarum rerum cenſura tenorque?
Μετρόν ἄριςον ait quis? Periander. Ἀνήρ,
Subſiſto, ſatis eſt, non omnia poſſumus omnes
Zoïle; ſollicitum an vocula reddit? *Et id.*
Quid voveat dulci nutricula pejus alumno?
Quam ut Phlegetonta petas Zoile, ſcito, *Cito*
Munera neu ſpernas craſſa compoſta Minerva,
Condita Narciſci carmina valle. *Vale.*

Carmen Horatianum de Orpheo.

QUÆ ſunt Melpomene Xenia? *Nenia.*
Vatis Caſtalidum principis? *Incipis.*
Pauca à te cupio diſcere. *Diſſere.*
Mortem quo merito promeruit? *Ruit.*
Quæ res format epos commemora. *Mora.*
Orpheus Euridicen devocat. *Evocat.*
Ex Orci tenebris conciliis. *Iis.*
Pollens eloquio, nectare. *Nectere.*

Expo-

Exponens ſe Erebi faucibus. *Auſibus.*
Te O Pluton valuit ſe inſinuans. *Iuvans.*
Et duræ Lacheſis fata retexere.
Urgens propoſiti ſollicitus. *Citus.*
Quid non vincit ἔρως omnia? *Somnia.*
Ipſos quinetiam cœlicolas. *Colas.*
Sed fors reſpiciens protenus. *O tenus.*
Vitam præcipitat conjugis inſcius.
Orpheus hinc lachrimis ſe crucians, *Hians.*
Fatalem Rodopen accolit. *Ac colit.*
Haemi colliculos vitiferos. *Feros.*
Expers conjugij poſt ea. *Poſtea.*
Intentus cythara luſibus. *Vſibus.*
Doctę Melpomenes aucupiis. *Piis.*
Cantu bruta movens ſaxaque, ſilüas,
Sed non corda moves Biſtonidum fera.
Edon prœgenies, thirſigeræ nurus,
Spretæ conveniunt, inſidias ſtruunt.
Iratæ meritis phœbigenæ recens
Ex Orco reducis, ſoſpitis. *Hoſpitis.*
Hinc illæ lachrimæ, zelus & impotens,
Læſa & Biſtonidum non medicabilis,
Bilis. Quid placeat thyrſigeris? *E'ρις.*
Bacchantes ululant, Evohe, *Evohe.*
Armatæ ſudibus ſcilicet, *Ilicet.*
Heu heu Threjicias ſic cadit Orpheus,
Ad ſævum Eumenidumque arbitrium. *Trium.*
Eheu mors miſera, o mors violens. *Olens.*
Phœbo, virginibus, delicio. Scio.
Fœdum baccha genus diſpareat. *Eat.*
Decedat properans limine. *Lumine.*
Luxerunt genium Caſtalis, arbiter
Omnis, Pegaſides cum gemino jugo:
Sed mi vena perit te ſine: *Deſine.*

Explicatio notarum, quæ occurrunt in Echone THEODORI DOUSÆ I. F.

1. *ARion famosus fuit cantor.*
2. *Ion Tragicus non incelebris fuit vide Suidam.*
3. Bochus. *Bochus Mauritaniæ & Getuliæ Rex.*
4. Ochus. *Ochus Artarxerxes Rex Persarum.*
5. Athos: *Mons est inter Macedoniam & Thraciam situs, altitudinis tam mirandæ ut usque ad insulam Lemnon umbram porrigere dicatur.*
6. Caracalla: *Hic est M. Antonius Caracalla, qui fratrem suum Getam ad sinum matris confugientem nefarie trucidavit: Cons. Herodianum.*
7. Asan. *Iohannes Asan Rex Bulgariæ sanguinarius & omnium crudelissimus, adeò ut vulgò à cane σκυλοιωάννης & βουλγαροκτόνος nuncuparetur teste Georgio Logotheta.*
8. Vagivola: *Hic est Uguccio Vagiolanus Lucæ & Senarum Princeps. Imperio Exutus à Castruccio Castracane. Cons. Iovium in elogiis.*
9. Oran: *Celebris Barbariæ portus.*
10. Galeas. *Is est Galeacius Sfortia Dux Mediolani, qui immani quorundam familiarum perfidia in sancti Stephani templo confossus occubuit.*
11. Samponianus: *Unus è conjuratis.*
12. Musa. *De hoc fructu sic Iohannes Leo scribit. Nascitur ex planta exigua foliis magnis latis & cubitalis longitudinis. Amœnitate & suavitate præter modum excellit ad magnitudinem parvorum cucumerum assurgens. & quæ sequuntur.*
13. *Parra avis mali ominis vide Torrent. ad Hor. l. 3. od. 27.*
14. Casara: *Casar Glabir Mauritaniæ urbs.*
15. Criphile *uxor Amphiarai à proprio filio postmodo interfecta*

C *ob pri-*

ob proditum maritum. Hinc Iuvenalis Satyra 6.

Occurrent multæ tibi Belides, atque Cryphilæ.

16. Nîger es: *Mos loquendi apud Romanos. unde Horatius*

Hic nîger est, hunc tu Romane caveto:

17. *Cina Regnum famosissimum ob divitiarum & auri copiam.*

18. Lima. *Peruviæ metropolis divitiis & auro abundans propter fodinas.*

19. Inargala. *Numidiæ civitas Guber. Inter regna Nigritarum recensetur regio imprimis fertilis ex Nigri fluminis inundatione. Vide Jo. Leonem.*

19. Cano: *Provincia amplissima in Lybyæ frumenti, orysæ & gossipij copia celebris. Vide eundem.*

20. Gama: *Vascus de Gama Hispanus primus omnium pomontorium Africæ sive caput bonæ spei circum navigavit.*

21. Cyprum: *Insula maris mediterranei. Hæc insula tam eximiæ fertilitatis olim fuit, ut Macaria (id est) beata dicta sit & tantopere luxuriæ dedita ut ob id Veneri sacra credita fuerit. nam tota insula delitiis incumbit & fœminæ admodum lascivæ sunt: quod idem fere de Ægypto scribens seu mulierum inclinatione Ioan. Leo adjuncta tam perditæ luxuriæ hisce verbis explanat. Morbi vero Gallici nullam existimo regionem tanto affectam incomodo, & nusquam tot homines ea lue infectos datur conspicere.*

22. Negroponte. *Insula est: Olim Enboea fuit dicta nunc turcis paret.*

22. Vel Nigritarum tellus: *De hac præsentanea & solenni curatione consule Io. Leonem in Africæ desctiptione.*

23. Cilices: *Pyratæ fuerunt quos Gneius Pompeius victos in deditionem accepit eorumque postea fideli opera usus est in bellis navalibus adversus Cæsarem. Lucanus lib. 111, Itque Cilix justa non jam pyrata carina.*

24. Gnati. *Pompei scilicet, de quo ita loquitur Petronius Arbiter in quodam Poëmatio.*

Et pyratarum scopulus, modo quem ter ovantem

Jupiter horruerat: &c.

25. Ame-

25. Amelius: *Philosophus Apamiensis Asiaticus. Vide Plutarchum.*
26. Ismenias. *Fuit fidicen Thebanus.*
27. Meshudius, *Ficri, Leo: Celeberrimi, & vetustissimi rerum Africanarum scriptores.*
28. Agis est. *Agis vel Agides Lacedemoniorum Rex, cum Atheniensibus cruentissima bella gessit. Vide Plutarchum in ejus vita.*
29. Pulfio: *De hoc Pulfione consule Cas. de B. G.*
30. Sic quoque & alter ait. *Is fuit Leonidas Spartanus: Qui milites suos ad prœlium contra Xerxem dispositurus, tali oratione usus fertur. Ita prandete commilitones, tanquam apud inferos cœnaturi.*
39. Euphratis quondam: *Consule super hanc rem Historiam Augustam nam post Godofredum Bolionium, Balduini, seu successores ejus ad Edssam Mesopotamiæ urbem regnarunt.*
32. Casanova: *Marcus Antonius Casanova Italicus poeta.*
33. Actius. *Actius Sincerus Sannasarius Neapolitanus poetarum sui temporis facile princeps.*
34. Xerbet: *Arabica vox idem quod syropus.*
35. Chasasa. *Oppidum Gareti portu & navalibus inclitum ab Hispanis occupatum: Vide Leonem, huic contingua est urbs Tessota quam Marri obtinent. quotidianis prœliis se mutuo atterentes, juxta illud Horatianum.*

Cadimur, & totidem plagis consumimus hostem.

36. Sino: *De hoc Sinone consule Virgilium l. 11. Æneidos & Mythologos.*

In Anthologia Græcorum Epigrammatum lib. IV. cap. x. hæc reperiunrur.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΗΧΟΥΣ.

παρὰ τοῦ Πανός. Γαυρεάδα.

Ἀχώ φίλα μοι, συγκαταίνεσον τί. τί;
Ἐρῶ κορίσκας. ἁ δέ μ' οὐ φιλεῖ. φιλεῖ.
πρᾶξαι δ' ὁ καιρὸς καιρὸν οὐ φέρει. φέρει.
Τὺ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. ἐρῶ.
Καὶ πίστιν αὐτᾷ κερμάτων τὺ δός. τὺ δός
Ἀχὼ, τί λοιπὸν, ἢ πόθου τυχεῖν; τυχεῖν.

Σατύρου εἰς τὸ αὐτό.

Ποιμενίαν ἄγλωσσον ἀν' ὀργάδα μέλπεται ἀχὼ
Ἀντίθρουν, πτανοῖς ὑστερόφωνον ὄπα.

Εἰς τὸ αὐτὸ Λουκιανοῦ, οἱ δὲ, Ἀρχίου·

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀσομένην,
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
παίγνιον. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἄπιθι,

Εὐόδου εἰς τὸ αὐτό.

Ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀρκαδικὰ θεός εἰμι. παρὰ προθύροις δὲ λυαίου
Ναίω, φθεγγόμενον μῦθον ἀμειβομένα.
Οὐκ ἔπι γὰρ στυχέω βάκχου φίλε τὸν θιασώταν
Τὸν θεόν. ἔρχεο Πάν. ξυνὰ λέγωμεν ἔπη.

IOHAN-

Sequuntur LUSUS VARIORUM.

IOHANNIS SECUNDI Hagiensis

ECHO,

Seu VIATOR.

O Quæ Diva cavos colis recessus,
Sylvarumque regis domos opacas:
Tu quæ de reliquis Deabus una
Quas frondesque juvant, juvantque fontes,
Audiris toties, videre nunquam:
Dic, quis finis erit meo calori
Imas qui mihi devorat medullas?
Ut, formosa tuas voravit olim
Superbo è pueri decentis ore,
Inflatum revoluta quum jaceres
Languens vmbra, superstitemque sola
Vitam voce brevis teneret aura.
Dic, nam fortè libet meas querelas
Audire, & veteres novare curas:
Dic oro, poterit quid impotenti
Seros ponere limites amori?
ECHO. Mori. VI. Dii meliora, sicut nobis
Ad canos igitur dies manebunt.
Et canos quoque non dies relinquent
Singultus, lachrimæ, gravesque voces?
Aut mox abjicienda prima vita est?
ECHO. Ita est. VI. At licet ire perque gentes
Perque undas, ubi nulla me sequatur
Sublati ex oculis amoris ala.
Non illic dominę procul relictæ
Mentem sidereæ faces perurent.
ECHO. Urent. VI. Non roseum os genæque tangent.

ECHO. *Angent*. VI. Sed dolor hic levis, brevisque,
Fomento citò destitutus omni
Sese conficiet, negante vel te.
ECHO. *Ante vel te*. VI. Adéone amarum amare est?
ECHO. *Mare est*. VI. Hei mihi, quidquid est malorum
Admittit medicas amatque curas:
Nulla solus amor levatur arte,
Non cantu perit, aut perit venenis:
Spernit consilium fidele, spernit
Quicquid mens bene suada prodit. ECHO. *odit*.
VI. O, ne unquam mihi talium dolorum
Sensus ter misero supersit ullus;
Quà mallem media stupere sylva,
Duræ cortice membra tectus orni:
Quâ Caurus mihi, quâ protervus Auster
Nequicquam, Boreasve spiritosus
Hinc illinc, quatiantve vellicentve
A moto querulas dolore frondeis.
Aut tecum in liquidas abire voceis:
Per sylvasque volare perque valleis.
Saltem læta sonare tunc subinde
Possem, quum facili fruens amore
Felices caneret viator igneis:
Nec semper grave diceremus heu. ECHO. *Heu*.

Colloquium viduæ & Echus, anonymi.

Vidua & Echo introducuntur.

V. NUnc ego sola meos hîc, nulla teste, dolores
Solabor, tristi tristis & ipsa loco.
Hac à parte juvat sylvarum obscurior umbra,
Muscoso inde placent antra referta situ.
Hinc etiam fontes, è quorum murmure leni
Exiguos lapides ingemuisse puto.

Atque

Atque inter tantos, si fas gaudere, dolores
  Hunc equidem lætor me reperisse locum:
Nullus adest E. *Est*. V. Hic loquitur quis justius æquo?
  Ec. *Echo*. V. Responde tu rogo si Dea? E. *Ea*.
V. Qui me agitant fluctus? E. *Luctus*. V. Semperne manebit,
  Aut dolor assiduè me superabit? E. *Abit*,
V. Non abit, at contrà, Cadmæi militis instar,
  Nascitur, & lætam me fore reris? Ec. *Eris*.
V. Ab sit ut hoc credas, prohibent fata aspera. E. *Spera*.
  V. Quid sperem, accepto vulnere, quæso refer?
E. *Fer*. V. Fero quod possum, verum mors conjugis inter
  Præclaros primi sic mea corda movet.
E. *Amovet*. V. Ab illo facile abstinuisse putabis,
  In quo magna Deum munera erant sita E. *Ita*.
V. Naturæ suadet vis. E. *Vis*. V. Tum cætera disce.
  E. *Dice*. V. Omnes dotes opto referre. E. *Fere*.
V. Si quid quam omittam? E. *Haud mittam*, V. Excusatiò talis
  Sufficit, en dico principio. E. *Incipio*.
V. Artibus excultus. E. *Cultus*. V. Fuit atque disertus.
  E. *Certus*. V. Tum leges excoluit. E. *Coluit*.
V. Quod si fortunam spectes fuit omne decorum.
  E. *Aurum*. V. Est quod pluris tu facies. E. *Facies*.
V. Pulchra quidem facies perfecta ætate virili,
  Illum qui cernit numina sperat. E. *Erat*.
V. Plura sciat fecisse illum hæc quisquis legit. E. *Egit*.
  V. Iam dolor haud patitur dicere plura. tibi.

ANTONII THEBALDEI Ferrariensis

E C H O.

DIC Echo, quid vult, ut semper vivam ego mœstus?
  Æstus, non facit hoc spes moriens? *oriens*.

Mene urit facies? *acies*. aciesne favilla?
Illa. diu miſerum me fore reris? *eris*.
Reſpicit hunc ramum? *hamum*. laurum? *aurum*. & amor *co*
Accenſum? *cenſum* corde recedet? *edet*.
Eſtne ſilex? *ilex*. quæ cauſa mea eſt facis? *Acis*:
O rem animo exanimi peſtiferam? *aſtiferam*.
Quid per tam longum parient mea lumina fletum?
Letum. ſcis quid ſit, quem tu adamas? *adamas*.

ULYSSIS BASSIANI Bononienſis.

E C H O.

QUÆ celebrat thermas Echo, & ſtagna alta Neronis,
Deludit voces concava ſæpe meas.
Sæpe hic Narciſſum expectat. ſimul illa moratur.
Si queror, hæc queritur: ſi gemo, & illa gemit.
Quis nam clamor? *amor*. quis nam furor? *uror*. an Echo?
Echo. quæ major pœna in amore? *mora*.
Expectas Narciſſum? *iſſum*. quæ cauſa morandi?
Orandi. non hæc dicta notabit? *abit*.
Adfuerat? *fuerat*. num iſtic? *hic*. quem fugit iſte?
Is te. & me? quod malum amare? *mare*.
Num veniet? *veniet*. quæ ſpes? *as*. vincitur auro?
Auro. victor *ero* prodigus æris? *eris*.
Quis docet hæc? Echo. cur bene clamat? *amat*.

FRANCISCI PANIGAROLÆ

In Chriſti Natalem

E C H O.

HÆC Bethlemitæ paſtoris verba referre,
Audita eſt Echo, quæ juga montis habet.

Quis

Quis natus? dixit, *Natus.* patrisne Iudæi?
 Illa, *Dei.* verus estne homo? dixit, *homo.*
Atque hic idem nonne Deus remanet? *manet.* estne
 Vt pater omnipotens? rettulit illa, *potens.*
Hunc quid de cœlis duxit? *lis duxit.* at istam
 Dic utrum vincet? *vincet*, & ipsa refert.
Litis erat, radix longæva? *Eva.* an mala? *mala.*
 Num gula sic potuit? illa refert, *potuit.*
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, agnus.
 Ipse ait hoc? *ait hoc.* cur ita clamat? *amat.*
Is majus nostro numquid dare possit amori?
 Reddidit illa nihil quam gemebunda, *mori.*
Hoc faciet? *faciet.* moriens? *oriens.* Deus ille;
 Heus ille. est forsan causa tua? *ausa tua.*
Diligere hunc ergo par est super omnia Christum?
 Istum. nonne Deum? dixit *eum* & tacuit.

GEORGI SABINI Brandenburgensis,

ECHO.

DIC mihi Nympha cavis habitans in vallibus Echo
 Semicaper Faunus cur ita clamat? *amat.*
Quæ tamen illa, furit cujus malesanus amore?
 Divitis an Codri filia Nais? *ais.*
Est opulenta quidem, sed turpibus obsita rugis:
 Debuit hanc bifrons ducere Ianus? *anus.*
Candida me vero Thaumantias urit amantem,
 Cujus forma decens & generosa? *rosa.*
Hujus amore flagro: sed dic resonabilis Echo.
 Quæ res ergo graves sint in amore? moræ.
Ver est conveniens blandis & amoribus aptum:
 Vere novo sponsum me fore reris? *eris.*
Interea gelidis in vallibus ipsa valeto.
 Vox tua sæpè mea voce sonabit. *abit.*

IACOBI PONTANI E. SOCIET. *Iesu libris concinnata, de ECHO Caput* XLII.

VIATORIS & ECHVS

V. QUÆ ſolos nemorum colis receſſus
Convalleſque cavas jocoſa imago.
Nunquid ſuavicolis dicata Muſis
Modis omnibus expetenda vita eſt?
E. *Ita eſt.* V. Si comitetur alma virtus,
Illis an pretium ſatis ſit ullum
E. *Nullum.* V. ſed quid obeſt eis frequenter!
E. *Venter.* V. O utinam greges inertum
Ad corvos abeant. E. *Eant.* V. honori
Doctorum faveamus & proborum
E. *Horum.* V. iſti imperium regant & orbem.
At vos improbi & artium imperiti
Humanę ſcabies pudorque gentis
Plorate, aſſidueque dicite heu. E. *Heu.*

ECHO de PACE.

DIC mihi quæ gelidis habitas convallibus Echo.
Cur populus pacem ſic modo clamat? *Amat*
Ad divam pacem precibus concurritur? *Itur.*
Ut damnum fugiat triſte colonus! *Onus*
Ruſticus ergo iterum campos reparabit? *Arabit,*
Et tuto curret remige navita? *Ita.*
Omnia evenient in mundo proſpera? *ſpera*
Largáque nec rerum copia deerit? *Erit.*
Si retuliſti Echo mihi vera valeto. *Valeto.*
Donec noſtra iterum verba novabis? *Abis.*

MARTIA-

MARTIALIS MONERII Lemovicis *In amorem suum* ECHO.

M. NYmpharum & satyrum tribulis, Echo,
Reddens omnia, quæ rogaris, ore,
Audienda palam, videnda nunquam:
Vinceturne meo Corinna amore?
E. *More*. M. Ergo hæc cruce finienda vita est?
E. *Ita est*. M. si furit. E. *Urit*, M. At negantem
Mens non ulla sequi aut amare restat?
E. *Stat*. M. sed forte minus remota tanget
E. *Anget*. M. sicne amor impotens? E. *Potens*. M. Quid
Si longum quis iter pererret? E. *Erret*.
M. fors blandiculè rogans sequensque
Sensum ac sæpius edomem vocando.
E. *Quando*? M. si simulabo fortè laudes
E. *Audes*? M. si simulabo forte fletum,
E. *Lethum*. M. Perfugii quid ergo amori?
E. *Mori*. M. Terminus unus hic malorum
E. *Horum*. M. Nox modò sera surget. E. Urget.
M. Vale tu Dea nos abimus. E. *Imus*.

Ex STEPHANI PASCHASI *Epigrammatum libro II*. De *Fabulla*.

HIC ego dum solus meditans longa avia sector
En age dic Echo dominæ quis major honos? *Nos*
Ergo Fabulla sonis poterit me perdere multa
Ulta. sed heu sodes recita quę causa mali hujus?
Ius. an quod me etiam volui sacrare Sabinæ
Na. is fructus binis est inservire puellis?
Is. sic sum ipse meæ sortis miseranda lues? *Es*.
Quæ Venus inde meis hæret miseranda medullis?
Lis. saltem ut valeam me me ablegabo peregrè.

Ægrè.

Ægre. tandem igitur ſpes eſt gaudere Fabulla?
Bulla. Vah pereas abs te diſcedimus Imus.

RUDOLPHUS GOCLENIUS *Marpurgenſis Profeſſor in Poëmatibus,*

Quid faciet qui non crateres ebibit? E. *Ibit.*
Hæccine ſympoſii regula grata? *Rata.*

PAULI MELISSI ECHO.

ECHO, qualis, (amabo) quæve Nympha es,
Quæ valles colis, haſce propter antra
Palatina? Latina. Vin' loquelâ
Dignari reſonantiore paulum?
Paulum. te rogo quidpiam, quod hercle
Neſcio. *Scio.* me ſed ecquis audit
Te præter, mera verba per nemus qui-
Dem? *Ne mus quidem.* ain? ſed auris *auris.*
Ineſt. Auris ineſt capace lucus
Aures ſic habet obvias meatu?
Au? res ſic habet ob vias meatu.
Dic ſedes modo, cor flagrans mihi, unde eſt
Et furens adeo? *A Deo.* an liquore
Tinctus deſtituatur furore? Rore.
Et quo rore? liquente dum marino?
Marino; dabit hunc Roſina, cordis
Margarita? *Ita.* cujus eſſe guſtus
Arbitraris, amare & haud amari?
Amari id ſtomachi eſt acerbioris?
Acerbi oris. at ipſe nil acerbi
Sentio, ora fibris carent amaris?
Amaris, quid (age) eſt quod illa tam ſit
Clemens? *Mens.* adeone mitis in me
Hæc mens perpetua eſt? *tua eſt.* erit mel
Cum concorde Adamus favore ſemper?

Qui mensis decus addet inde majus?
Majus. Sed mihi quos dabit petenti
Sermones comes ille & illa? *comes*
Ille & illa, repulsa nec parata est?
Rata est: ambigue loqui videris,
Forsan ô Dea veritate aberras?
Erras. quàm vereor? *Reor*, cupis me
Irritare? quid angor? *Irritare.*
Quid angor? mihi nonne præstituta est.
Tuta est, & mihi destinata? *Nata.*
Fato scilicet? *Ilicet.* puella.
Nubet ergo mihi illa vere? *Verè.*
Sponsę rite sacrabo liba? *Liba.*
Melissæque voabo nomen? *Omen.*
An post ducier hanc sines Rosinam?
Sinam illi ipse dehinc, mihi illa junget
Basio oscula suaviore? *suavi*
Ore & mellea blanditer profundet
Verba gutture dulciore? *Dulci*
Ore, Labra per hæc litum sapis mel
Esse cerno *Sapis Melisse cerno.*
Interim mihi suaviter valebis
Vale bis, mihi dulciter vale Ter
Vale & sta requieta, *Requieta.*

IOSEPHI SCALIGERI ECHO.

Quidnam significat Scaliger? *Aliger.*
Alatum Podagrę mancipium est? *Pium est.*

NICODEMI FRISCHLINI ECHO.

ANus rancida, fœda, plangis? *Angis.*
Ecquis te angit anus maligna? *ligna.*
Quod lignum? viridisne cornus? *Ornus.*
Quid si te feriam præ amore? *More.*

Linguæ

Linguæ es fæmina nequioris? *Oris.*
Et mens est tibi plena fraudis? *Audis.*
Ah quantus tuus ille fastus? *Astus.*
Astus tute deliqui plena. *Lena.*
Certè es lena nimis severa: *vera.*
Nunc places quia confitere: *de Re.*
Places ô anus, ô amanda: *Manda.*
Mando, dic mihi mi marite, *rite.*
Dic rursum mihi care, passer, *asser.*
Heus præbe tua mi labella, *bella.*
Nunc te diligo amoque rursus, *Vrsus.*
Vrsino mihi dulce nomen: *Omen.*
In te noster amor remansit, *Au sit.*
Certè sum tui amore captus *Aptus.*
An non sum tibi ubique primus? *Imus.*
At vir sum gravitate magnus: *Agnus.*
Morum tempore haud probrosus? *Osus.*
At penu locuplete mirus? *Irus.*
Et docta indole pene onustus. *ustus.*
Cunctis denique gratiosus? *Osus.*
Quid? num ludis anus profana? *Vana.*
Nescis unde mihi propago, *Pago,*
Quid tu fæda anus increpanda, *Panda.*
Anus panda cave loquare. *Quare?*
Quia es pessima, tetra pestis, *Estis.*
Ah cur non ferio atque plecto? *Lecto.*
In lecto? quid ais nefanda? *fanda.*
Quis possit tibi se applicare? *Care.*
Tam turpi vetulæ? recede. *Cede.*
Nam quid usquam habeas amoris. *Oris.*
Deus unus tibi fœda, mater, *ater.*
Frons rugosa, cavusque ocellus, *ellus:*
Lippa es, osque Saliva abundat, *Undat:*
Labra incana situ molente, *lente.*

Noctnæ

Noctuæ tibi luce viſus, *iſus.*
Et rictis Crocodilianus, *anus.*
Faux pedore nigrante marcet, *Arcet*
Ipſe anhelitus; ægra peſtis, *eſt Is*
Ceu putens redolet lacuna, *Cuna.*
Ceu ceremota fœculenta, *lenta.*
Ceu ſerpentis olet cubile, *bile.*
Ceu fœtent nebuloſa averna, *verna.*
Ceu piſcina vetus palude, *Lude.*
Quid? quod labea catella lambit? *Ambit*
Non miror tua lambi oleta? *læta.*
Quis nervus tibi, amica ſalvus? *alvus.*
Cum pedit tua vox gemella? *mella*
Imo fella tui ſaporis? *oris.*
At vox rauca, nec arte claret? *Aret.*
Rana ſcit melius ſonare? *nare.*
Et cantu ſuperat te aſella? *Sella.*
Quid quod venter ab igne laſſus? aſſus.
Et pes frigore & imbre læſus? *eſus.*
Pallens naſus ab igne falſus? *alſus.*
Æſtus eſt tibi bruma triſtis? *iſtis.*
Nempe cruribus hiſce triſtis? *iſtis.*
Quid poſcunt tua macra crura? *tura.*
O ſi te tegerent ſepulchra, *pulchra.*
Pro te jugera dem paterna, *terna.*
Nam quis fructus erit ſalutis? *οὔτις*
A me fœda procul recede, *cede.*
Æterna cruce mox peribis, *ibis.*
Ibo in prælia dira Martis. *Artis.*
Et te deſeram anus profana. *vana.*
Tace jam tace anus cremanda. *manda.*
Hoc mando, hoc jubeo Fabulla, *bulla.*
Hem bullam tribi trunce ſueve, *væ væ.*
Quid clamas rabioſa, ut Echo? *Eho.*

Os

Os nunquid relatrare gaudet? *Audet*,
Et pugno referire plaudo. *Laudo*.
O te putidulam repungis? *ungis*.
Ungam fuſtibus hoc ovile? *Vile*.
Perquam vilis es, ô Fabulla? *bulla*.
Videre aridus eſſe truncus? *uncus*.
Et fœtens mihi pene porcus? *orcus*.
O cari juvenes adhortor: *hortor*.
Sponſis talibus abſtinete. *Nate*.
Ne vos fallat anus ſenecta, *necta*.
An nondum mea lingua vicit? *icit*.
Quiſnam corporis iſte ſulcus? *Ulcus*.
Cur hiſcit tibi quæſo rictus? *ictus*.
Certè hæc vulnera facta ploro, *Loro*.
Hem loro tibi faux premenda, *menda*.
Tace putide, funge, ſueve, *va, va*.
Quid vox flebilis iſta plorat? *orat*.
Tua ut contegat oſſa gramen? *Amen*.

Jacobi Lom SS.LL. Licentiati de Pace.

DIC mihi quæ denſis habitas convallibus Echo,
Cur populus pacem ſic modo clamat? *Amat*.
Ad divam Pacem precibus concurritur? *Itur*.
Ut damnum fugiat triſte colonus? *Onus*.
Ruſticus ergo iterum campos reparabit. *Arabit*.
Et tuto curret Remige Navita? Ita.
Omniaque evenient in Mundo proſpera? *ſpera*.
Largaque nec rerum copia deerit? *Erit*.

Iacobi Lom in promotionem trium Doctorum S. Theologiæ.

DOctorum Triadi, Muſæ, Chariteſque decoræ,
Dum texunt ſacra Biblica ſerta manu,
Fors ego ſecreto convallia lata receſſu,
Et ſolus capto per loca ſola viam.

Hæc ubi de meritis Doctorum laudibus Echo
Audita est reduci voce referre mihi.
Quis clamor passim, est turbis? *Urbis*, vaga plausu
Num læto resonant compita? dixit, *Ita.*
Sic ne favent cives sacris patribus? *Tribus.* Illis,
Hæc laus mandatur? reddidit illa; *Datur.*
Illos ornabit jam Biblica laurea? dixit:
Aurea, nec meritum differet? illa: *feret.*
Ergo dabit huic Triadi laudes? *Audes*? referamque
Munera mutua? mox imperat illa: *Tua.*
Solvitur illi igitur merces virtutis avitæ?
Vita. Et præstantis pectoris? *oris*, ait.
Et quo Palladio sudavit pulvere? *verè.*
Stirpe tamen præstans, & gravis? inquit: *avis.*
Ac fugit mundi discrimina? *Crimina.* quasque
Is maculas prodit? continuo, *Odit.* ait.
Virtutesque colit præclaras? protulit: *Aras.*
His ornamentis? *Mentis* & illa refert,
In cathedrisque valet sacris? *Acris*, mala carpit
Cum delicta hominis? reddidit illa: *Minis.*
Et bona dat nunquam mortalia? *Talia*, clamat.
Haud exempla parans turpia? at illa: *Pia.*
Hostiles vincet fastus? *Astus*, nova siqua
Hæresis exurget: protinus *Urget, ait.*
Tandem fulgebit ceu cœlica castra? ait *Astra.*
Hoc urbis columen? *lumen* & illa refert.
Longa quiesque aderit post tanta negotia? reddit
Otia, quò virtus evehet? illa: *vehet*,
Et nobis priscæ surgent ætatis amores?
Mores atque animæ dulce levamen? *Amen.*

ECHONES *aliquot* IOANNIS HONTHEMII.

QUÆ colis umbrosos ECHO, inter saxa recessus,
Arentesque facis ripas, collesque supinos,

Mutaque ſaxa loqui: Nunc te fas reddere dictis
Mutua dicta meis, alternaſque edere voces
Nympha decet vocalis, amant alterna Camœnæ;
Mene? Negat mihi Phœbus opem, Tu viribus ergo
Audentem majora meis Dea, dirige, Cernis,
Ducat ut in thalamos caſto ſuccenſus amore
Præſtanti Mylius Catharinam corpore nympham
Lennipiam? *Piam.* An hic muti de more ſilebo
Piſcis, & ingratus vano ſuperante pudore
Non auſim Mylium noſtris intexere chartis?
Artis. In exiguo tenuique poemate magnæ
Non erit artis opus, mihi deteſtabile ſat ſit
Pectoris ingrati vitium effugiſſe: Sed ecce,
Quiſnam eſt ille, domus qui ſtans in limine primo,
Gemmato intrantem ſponſam cratere ſalutat?
Scilicet hic ille eſt, Venerem qui nuper & illi
Hærentem ſemper puerum (cui plurimus ignis
Ore, manuque levi nunquam fruſtrata ſagittâ)
Contemnens, longumque jubens utrumque valere,
Reſque ſuas ſibi habere, domo patriiſque relictis
Sedibus in terras ſeſe jactabat iturum
Longinquas. *In quas*? Italas, niſi fallor, ut urbem
Luſtraret, dominam, toti quæ præſidet orbi,
Moles excelſas, *Celſas*, Capitolia, circos,
Sudantes metas, arcus, tereteſque columnas,
Quæque per Italiam paſſim amphitheatra, *Theatra*,
Tum quoque Cymmerium ardebat currere ad oras.
Spectatum Amphryſiæ Cumeæque antra Sybillæ,
Ille? ſed incaſſum: pueri deſiſtere tantis
Cogitur incœptis cæci nunc cuſpide victus,
Ictus. Eho Veneris flammas nunc ſperne furentes?
Urentes, cæci nunc ſperne Cupidinis ignes,
Sperne Myli, & patrio pete Garmatus ore relicto,
Victus es infelix *felix* felicibus, inquam.

(Quid dico Infelix) vinclis & compede gratâ
Te virgo domat. & victum vinctumque coercet,
Cede Deo, neque enim reor esse resistere Divo
Fas immortali, *Tali*. Quid quęrere terras
Externas prodest, alioque sub axe jacentes?
Qui manet atque domi tacitus sua gaudia carpit,
Plus habet hic vitæ qui trans mare currit & Alpes,
Plus habet ille viæ: Nunquid via vilior ipsâ
Vitâ? *Ita* Longinquos igitur scrutetur Iberos
Qui volet, est Mylia melior sententia nostro,
Qui fugit ista viæ discrimina, *Crimina*. vitæ
Tranquillæ & placidæ sectatus gaudia, *Dia*.
Tantane vis formæ? Sed quem non forma moveret?
Quæ mentes superum, atque; adeò quoque pectora magni
Altera movere potest Iovis, *O vis*! Aspice Nympham.
Aspice, vt incedat velut altera corpore Iuno
Erecto, *Recto*, & moto vix pulvere. *Verè*.
Nunquid Leda manus? nunquid Venus illa nitore?
Ore. Viden' pulchro nitidam curvamine frontem
Elatam? *Latam*. Tum contempleris ocellos
Ardentes, *Dentes*, cujusce coloris? *Oloris*.
Puniceo ut splendent depicta nitore labella?
Bella. Genis quantus nitor insidet aspice Nymphæ
Ambrosijs, *Roseis*. Quid si certamen in illud
Hæc quoque venisset formæ, quo Pallada & ipsam
Iunonem vicit Paridis Venus aurea Divas
Arbitrio una duas, Venerisne futura fuisset
In dubio palma: hei vereor, *Reor*. Anne fuisset
Tyndaridis facies ab eodem spreta Lacenæ?
Na, nec id immeritò. *Meritò*. Quot prœlia movit
Illa viro facies! *Acies*: quot tela, quot enses!
Et te fortè tuæ facies ad prælia nymphæ,
Credo, Myli exstimulat, *stimulat*, sed noxia nulli.
Solane forma tibi tantos inspirat amores?

Mores, ingenui, caſti, formæque venuſtæ
Conſimiles, *Similes*, & amor pietatis avitæ,
Vita, tum generis ſplendorque & fama parentis
Lennipij, *Pii*, ovans quam tota Colonia honorat,
Proſequitur votis, patriæque decuſque patremque
Clamat, *Amat*, columen, *Lumen*, firmumque ſuorum
Præſidium. O tali felices prole parentes!
Sed a nen, Anne precor melior & jure beatum
Dicei e Nympha, queam. cui pulcrum hunc carpore florem
Contigerit, ſimilemque è pulchra virgine prolem,
Atque ex hac alios iterum ſperare nepotes?
Nepotes. O quæ erit hæc matrique patrique voluptas,
Cernere filiolum, Mylio qui parvulus aulâ
Ludat avo ſimilis patrive, aut alrer oberret
Ante oculos matris Λεννήπιος, ἤπιος, aut ſi.
Naſcatur pulchræ ſimilis Catharınula matri:
Hoc Iuno conjux velit & Germana Tonantis
O precor, atque Dei mater Cytherea jocoſi,
O ſi: Rex velit hoc Chriſtus ſtellantis Olympi.
Connubiique beet grato vos pignore fautor
Author. hic, ut veſtri nunquam turbentur amores
Procuret, *curet*, Chriſto inquam hæc auſpice vobis
Et precor & ſpero connubia proſpera. *Spera*.
Hoc tua laudati pietas hoc clara parentis
Promeruit. *meruit*, virtus vigileſque labores
Hoc meruêre patris, qui, dum ſua pagina libris,
Ingeniiſque ſuus vivet calor, omnibus orbis
Partibus, Eois ſimul Heſperiiſque vigebit
Arte typographicâ, *Graphica*, famaque perenni
Præclarus, *Clarus*. Noſtrâ nunc urbe Senator
Hui quàm ſe comem oſtendit, quàm civibus æquum
Neſtoreos annos dignus vir vivere, *Verè*.
Tu quoque fac patris veſtigia clara ſecutus
Laude in eâ firme perſtes; dum vita ſuperſtes,

Perſtes

Perstes. Insignem multa te reddidit arte
Pallas,& eloquio facili natura laborque
Ditavit Κικέρων.Honos, His artibus altum
Ad celebris famæ culmen conscenditur, *Itur*,
Sed quò digredior. Procul hinc procul aufuge plangor
Angor. Lætanti veniat vultu Cythareia,
Eia, Deaque puer pennatus. *Natus*, & ille
Bis genitus Citharæ veniat pulsator Ephœbus,
Phœbus, & Aoniæ Musæ , Pallasque Tritonis,
Cumque tuo Semeles puer adsis Bacche liquore
Divino, *Vino* : Generoso pocula Baccho
Despument, *Spument*. Vosque ò nunc fronte serenâ
Este hilares Iuvenes, nitidæque ætate puellæ,
Lætitiæ locus hic, sertis salibusque jocisque.
Suaviolis. *Violis*. Curarum hinc omnis abesto
Fluctus, *Luctus*, atrox procul hinc absistat Erynnis.
Quidquid triste, animis secludite, *Ludite*, nympham
Quisque suam apprehendat : levis innectite dextras,
Atque leves animis lætis agitate choreas.
Iam canit & citharam pulsat crinitus Iopas,
Oppas, Quæ juvenes, quæ vos tam sera moratur
Segnities ? En sponsus adest: Quis gaudia sponso
Distulerit præsente ? dies decedit Olympo ,
Devexo propior fit Vesper, & humida cœlo
Nox ruit, ad thalamos sponsum novus incitat ignis
Insolitus, sacer ; *Acer*, amor præcordia tota
Occupat, & sponsam ad genialia gaudia poscit
Non expertam ante hac æqualia. *Qualia* ? Nescis ?
Sed quis erit verbis, Echo, modus ? exigat annos
Mille, *Ille* & quantos vixit Cumæa Sybilla,
Illa. beati ambo seros videantque nepotes.
Tuque vale, & nobis dic Nympha : valete. *Valete*.

Alia ejusdem in obitum prudentißmi Viri
ARNOLDI MYLII SENIORIS,
Senatoris & Typographi Colonensis.

QUis novus hic luctus? totam plangoribus Urbem
Effusam in lachrymas video miscerier, ac, ceu
Mœnibus immineant hostes, juvenesque senesque,
Omnes insolitos premere alto corde dolores
Nescio quos. *Echo. Scio quos.* Scin' quas ediscere causas
O liceat neque de paucis rogitare scientem
Displiceat, *Liceat.* Sicne olim Martia Drusos
Roma suos Deciosque ac sævi fulmina belli
Scipiadas vita cassos deflere solebat?
AEmiliosque suos, Fabios, fortesque Camillos?
Illos, Num similis nostram quoque perculit urbem
Casus? an ereptus nobis quoque fortè Camillus
Est aliquis, Decius-ve aut quisquam concidit alter
Æmilius? MYLIUS. Myliusne heu mortuus ille?
Ille, urbis columen? *lumen.* Verè occidit ergo
Musarum Titan. *Itan'* occidit? *occidit*, eheu,
Ille, senatoris qui dum rata vita manebat,
Gessit in urbe Ubium sacra non ita munia pridem?
Idem. Quique annos dignus superare Sybillæ?
Ille. secatrices poterasne inhibere parumper
Parca manus atrox? *anus atrox*! Hei mihi fata.
Crudeles nimium heu Parcæ nimiumque severæ.
Verè. Quid vita hæc tenuis nisi PULVIS & UMBRA?
Et quid homo nisi fumus? *humus.* sicne ergo peribit?
Ibit, Tantorumne operum vanescet in auras
Fama, quibus Musis, harumque sequentibus artes
Omnibus ille modis studuit prodesse? Camœnæ
O tantum perhibete nefas, vestrique ciete
Acribus ô stimulis vates Heliconis alumnos,
Ut Mylio inferias dignas pietate rependant,

En

En dant, vos etiam exequias persolvite Musę,
Ac tumulo latices aspergite. *Pergite*, vestris
Dum vixit favit vir partibus. *Artibus*. An non
Sic decet? an non hoc pulcrum tibi Nympha, videtur,
Hùc toto Musas properare Helicone relicto,
Ac Mylii innumeris numeris decorare sepulcrum?
Pulcrum. Sed Mylio refer, unde hæc gloria venit?
Unde honor iste viro? num à stirpe petitus avita?
A vita. Exemplum totiné hac præbuit orbi
Terrarum? *rarum*. Quantos heu mente labores
Sustinuit! Quis eo justi servantior? author
Consiliis quàm non hic futilis? *Utilis*. Ecquis
Hoc melior componere? *ponere*. lites Quisnam
Promptior hoc ad opem afflictis miserisque ferendam?
Quis demum hoc pacis (cives quæ servat & urbes)
Communisque fuit studiosior oro salutis?
Curis. Inexpletæ vah formidabile Mortis
Imperium! sicne ergo Myli squalentia regna
Ignavique nigrum Cocyti littus oberras?
Erras. An cæli potiùs, dic Nympha, beatis
Ille sacris fruitur nunc sedibus? *adibus*. Ergo
Quid frustrà ulteriùs questus lachrymasque ciemus
Heu miseras *feras*, satiúsne age, vela
Gratarique animæ hinc regna ad cœlestia raptæ?
Apte. Quid lachrymas gemitusque, quid anxia prodest
Assiduè cumulare novis suspiria curis?
Uris. Res.ne viri est frustrà opplere omnia vanis
Lamentis? *amentis*. Habet quoque luctus, ut omnes.
Res aliæ, certum finemque modumque, Quid ergo?
Num stolidi sumus, aut rectæ rationis egeni,
Qui, quasi defuncti fletu revocentur in auras,
Incassum lachrymis ploramus funera mœstis?
Estis. Apud superos omni nunc ille solutus
Anxietate, Dei fruitur dulcique beatoque

Aſpectu, inſani deridens gaudia vulgi,
Fors etiam noſtros celſos deridet ab axe
Fletus, *Latus*, & invidiæ face liber omni
Alloquiis fruitur Divorum, Præmia dantur
Hæccine poſt caſus ſuperatos militi acerbos
Emerito? *Meritò*. Verum quo pectore fatum
Suſtinuit? retrone amens veſtigia preſſit?
Inſuetáſne vias tremebundus greſſibus, Echo,
Corripuit pavidis? *avidis* mortemne reluctans
(Ut ſolet incautum ac nimium variabile vulgus)
Oppetiit; *petiit*. nimirum ut corporis hujus
Mole ſoluta gravi, vincliſque exuta caducis
Libera cum Chriſto poſſet mens vivere, *Verè*.
Æthereas donec (quod nunc exſangue ſepulchri
Conditur hoc tumulo) corpus revocetur in auras,
Atque alti repetens ſenſus collegia, terræ
Emicet è tenebris aliquando. *Quando*; Tribunal
Angelicane tubâ ad Chriſti vocitante? *citante*.

Alia Ejuſdem in nuptias Ioa. Goldſchmidt, & Gertrudis Reuſſia.

SEU Dea ſeu vox es, ſeu quicquid es, antra relinque
Horrida pauliſper, precor ô reſonabilis Echo.
Quid ceſſas? ubi tarda lates? nec te audio, nec te
Invenio, Echo. *Venio*. Viden' hæc ſacra Nympha, vetuſto
Saxo templa Deo Regi ſtellantis olympi
Condita, *ita*, Et ſtrepitus audis dulcemque tumultum?
Multum. Sed quid agunt? neque enim diſcernere poſſum)
Rident an plorant? *Orant*. O muſica! voces
Pegaſidum jures dulces has eſſe dearum.
Harum. Latoidi voxne illa videtur Ephœbi?
Phœbi. Ecquis Cytharæ argutam, dic, pulſat eburnæ
Nympha fidem? *Idem*. At nunc paulò majora ſequamur
Linquentes cytharas *Aras*. Hùc mentem oculoſque

Flecta-

Flectamus. Viden' hunc lunato poplite ſacras
Poſtratum ante aras juvenem, juxtaque ſoluto
Crine Deam ambroſio fulgentem ? fallor, an hic eſt
Ianus, & hæc noſtra eſt *Gertrudis Renſſia* virgo ?
Fors fallunt oculi, noviſti ? *iſti*. Ergo puellam
Ianus amore ſibi properat, vincloque jugali
Conjungi ? *Iungi*. Quid eos rogat oro Sacerdos ?
Gertrudem vis Jane, & tu Gertrudis Ianum ?
Hoccine Nais ? *Ais*. Conjux quid ad iſta novellus
Reſpondet ? *Spondet*, quid Reuſſia ? Ja. Deus author
Connubii incæptis adſit, faxitque ſecundo
Producant curſu centum feliciter annos,
Alterutrique alter ſiet omni tempore vitæ
Dulce levamen *Amen*. Nunc ſi lubet ire, Cavernas,
Umbroſas Echo repete, i; licet, antra require
Horrida. Cede precor, nimium mea feſſa fatigat
Guttura raucedo, *Cedo*. Iam gaudia nobis
Præbebunt aliæ viventes vivida Nymphæ,
His dare grata jocis blandis permixta licebit
Oſcula, ſermones his cum miſcere licebit,
Integros, tu de multis extrema remittis
Tantùm verba, nimis præciſa, valeto. *Vale & tu.*

Alia Ejuſdem Echo DD. Petro Beyweg, Godefrido Snellio, Henrico Andrea Gailio, & Ioanni Walraff, SS. LL. Licentia Laurea recens condecoratis, conſcripta ac dedicata.

SI te, Nympha, vocem, nunquid mihi verba roganti
Dic reſpondebis tria ? BIS TRIA. Faſne mihi ſit
Quattuor hos juvenes legum cantare ſacrarum
Laude coruſcantes ? CANTES. At forte ſuarum
Abs alio poſcent laudum præconia vate ?
A TE Nonne vides has, ô dea ſacra ſorores,
Doctiloquas O QUAS ? Muſas cenſéſne decere,

Concelebrare ſuos iſtas prædivite vena
Symmiſtas? Iſtas. Me docti inſcitia verſus
Solenni haud ſinit hoc tentare adeò ardua feſto.
ESTO. Sed unde viris (hoc unum Diva recenſe)
Quove modo hæ frondes (quæ circum tempora) parta?
ARTE, ſacrę Themidos? ſic certè adopinor, OPINOR.
Præmia tanta ferunt antiqui ſcripta Iaſonis?
AZONIS, Lectuſque iterumque relectus, Ubaldus?
BALDUS. At à nobis procul hinc ſit Baldus, Ubaldus,
Bartholus, & famâ quamvis ſuper æthera notus
Alciatus, CYATUS? Cyathus deſpumet Iaccho
Aureus, atque iterumque iterumque reverſus in orbem
Circumeat, Quid iners retinet tua pocula dextra?
EXTRA. Num calices ſic evacuabat Ubaldus?
Balduſʒ/ Nugarum ſatis eſt, abeamus, *Eamus.*

Alia Ejuſdem in mortem Clariſſimi Viri JUSTI LIPSI.

ERgone Lipſiaden etiam in ſua fata rapaci
Eheu pertraxit mors truculenta manu?
Nec quicquam pietas, animi nec candor honeſtis
Artibus, aut cultum profuit ingenium?
Prô dolor! ECHO. *O dolor*! At quænam hæc vox miſſæ per auras
Auribus inſonuit? num tua Nais? *E. Ais.*
Quid ploras? ECHO. *oras*? Etiam te hæc funera tangunt?
E. *Angunt.* Et dolor hic te quoque lædit? *E. Edit.*
O pia Nympha, meis ſemper quæ mæſta querelis
Aſſocias queſtus officioſa tuos,
Téne Viro inferias etiam buſtumque parare.
Tam benè de Muſis promerito? E. *O merito,*
Carmine quis canat hunc digno, verbiſve ſolutis?
E. OYTIS, Et hic noſtræ dic, quoque laudis eget?

E. *Haud*

E. *Haud is eget.* Satne huic lacrymarum & laudis abundè,
Si vel eum nemo carmine flerit? E. *Erit.*
Quid precer ergo, animam nisi Christus ut ipse beatam
Sanctumque accipiat cum Patre Flamen? *Amen.*

Alia Ejusdem in libellum de Asse D. Georgii Henischii Medicinæ & Matheseos Doctoris Clarissimi.

GEORGIUS HENISCHIUS.

Anagramma.

OH EGREGIUS HIC NISUS.

NItitur ad laudis decus altum Henischius, *Echo,*
Oh mihi dic: An non Nisus Hic Egregius?
E. Regius. Ingenio nunquid vir præditus acri?
Gratus & ille Viris, dic age Nais? E. *Ais.*
Id sonat Hebræis Henich adopinor. E. *opinor.*
Illius hinc omen, nobile nomen habet?
E. *Omen habet.* Toti quando ergo est cognitus orbi,
Amplius ille meæ nil puto laudis eget.
E. *Haud is eget.* Verùm quid erit dic nomine, cujus
Illum sera colet posteritas? E. *Erit as.*
Recténe explicuit, quænam natura sit Assis?
An scripta hæc reris digna latere? E. *Tere.*
Commoda dic an erit mihi perceptura Iuventus
Illius è Libris quæ sibi quærit? E. *Erit.*
OH Ergo Egregium Nisum pulchrumque laborem,
Qui decus egregium perpetuumque feret.

Danielis Saxonis Echo, in nuptias D. Iacob. Sagittarii & Magdalenæ Hornburgæ.

ECho garrula, iam loquare: Ech. *Quare?*
Quid sagittifer ille gaudet? E. *Audet.*

An

An in rete feram coegit? E. *Egit.*
Et telo penetrante vicit? E. *Icit.*
Num trux, horribilis, proterva? E. *Cerva.*
Nunquid cornua gesta ulla E. *Nulla.*
Quid, juvencula vel vetusta? E. *Justa.*
Forsan cervi fuit puella E. *Bella.*
Cui favit tria pene lustra E. *Frustra.*
Hanc feramne sagittâ læsit? E. *Hæsit.*
Ignes incipit hæc fovere? E. *Verè.*
Venatoris amore rapta? E. *Capta.*
Hæc mitis, proba, molicella? E. *Stella.*
Hæc est florida, delicata: E. *Grata.*
Hæc ferax quasi vitis alma E. *Palma.*
Lecti pignora num datura E. *Plura.*
Vivent molliter absque lite: E. *Rite.*
Annos quot superabit ille: E. *Mille.*
Sed quot secula Magdalena E. *Lena.*
Echo garrula, nunc abibis. E. *Ibis.*

Incerti Authoris ECHO.

Dialogus Animæ & Corporis.

ANI. SApiens amatne voluptatem, an fugit? Ech. *Fugit.*
ANI. Quid egit post in hisce vitę totius
Tempus exactum? Ech. *Actum.* AN. Sed quàm citissima
Ad mortem via? vel Tartaro quis proximus
Consensus? Ech. *Sensus.* AN. Vitam quisquis diligit
Amatne pulchritudinem ejus, an DEUM?
Ech. *Eum.* AN. Ergo per terrestrium mortem, datur
Vita? Ech. *Ita.* AN. Quid amplius corpus meum petis?
Quando suam clarissimè sententiam
Tam manifestè declaravit Numine,
CORP. Temerarium & periculi plenissimum,
Obluctari diutius, accipio jugum.

IOAN-

IOANNIS POLITI *artium & I. V. Doctoris; Serenissimi Bavariæ ducis Ernesti historici, ad eundem principem* *ECHO.*

Reddere quid properas Echo mea dicta per auras,
Digna quod Ernesto dicere conor? Ech. *Honor*
Huic ne subest igitur Danubius? E. *Ubius*, Albis.
Mosa, Mosacus, Isis, Renus amœnus? E. *Enus:*
Sed quæ tanta fovet collegia? E *Legia*, quidnam
Suscepit valida mente Patronus. E. *Onus.*
Hic ne recordatus cordatus numen Olympi
Pro Grege, Lege, Fide, bella parabit? *Abit.*
Ergo sacras leges renovabit, Ec. *Ovabit*, at unde
Summa ferit populi sidera clamor. E. *Amor.*
Sic viget ingenio? Ec. *Genio*, dum sceptra tuetur,
Ad cœlum recto tramite vadit? E. *Adit.*

BUCHLERI à GLADBACH ECHO.

Garrula dic Echo quod sit mihi nomen, amœne
Tristia concentu funera solor? *OLOR.*
Quid precor ignavus tandem nanciscitur? *ITUR*:
Hicne ad pauperiem postmodo vadit? *ADIT.*
Quid mihi propositum est propter quod munia curans
Qualiacunque, nihil non bene conor? *HONOR.*
Ecquid præcipuè fucatos inter amicos
Consuevit mentes consolidare? *DARE.*
Quid facit ut tutos præstet mihi janua somnos
Post cœnam, subiit nox ubi sera? *SERA.*
Eva tibi qualis visa est, quæ induxit Adamum,
Ut vetita auderet tangere mala? *MALA.*
Quam pulvis quid homo est aliud, quam solis in æstu
Flosculus, aut potius quid nisi fumus? *HUMUS.*
Pro calamis, librisque pigro quæ digna supellex,
Os rudis insedit cui stribiligo? *LIGO.*

Cæden-

Cædenduſne piger ferulis virgiſque magiſtro,
Is licet admoto verbere flerit ! *ERIT.*
Quid Laurentius eſt Chriſti pro nomine paſſus ?
ASSUS. Quæ vox eſt facta per ora ! *VORA.*
Quis ſævis Uriam telis occidier ipſum
Mandavit ? David Siccine fas ? SINE FAS.
Ite procul curæ, procul hinc ſimul ite querelæ :
Quis ſcit an hæc unquam lux remeabit ? *ABIT.*

ECHO

Sive Carmen Iuvenile, Viri Ampliſſimi,

IACOBI CATSII

VT maneam permitte cavis in montibus, Echo,
O Dea, che non se Dea, se
non di gente
Vana, oziosa, è cieca
Che con impura mente,
E con religion stolta, è profana
Ti sacra altari, è tempi.
Ma che tempi diss' io ? piu tosto asili
D'opre sozze jè nefande
Per honestar la loro
Empia disonestade
Col titolo famoso
De la tua deitade.
E tu sordida Dea,
Perche le tue vergogne

Ne le vergogne altrui si veggan
meno
Rallenti lor d'ogni lascivia il
freno.
Nemica di ragione.
Machianatrice sol d'opre fur-
tive,
Corruptela de l'alme,
Calamità de gli huomini, è del
mondo.
Figlia del mar ben degna,
E degnamente nata
Di quel perfido mostro:
Che con aura di speme allettra-
trice
Prima lusinghi, è pos
Movi ne petti humani
Tante fiere procelle
D'impetuosi, è torbidi desiri,
Di pianti, e di sospiri,
Che madre di tempeste, è di fu-
rore
Deuria chiamarti il mondo,
E non madre d'Amore,
Ecco in qnanta miseria
Tu hai precipitati
Que duo miseri amanti.
Hor va tu, che ti vanti
D'esser omnipotente,
Va tu perfida Dea, salva se puoi,
La vita à quella Ninfa,
Che tu con tue dolcezze
Aveletcate hai pur condetta à
morte,
O per me fortunato
Quel di, che ti sacrai l'animo
casto
Cintia mia sola Dea,
Santa mia deità, mio vero nume,
E cosi ratime in terra
De l'anime piu belle,
Come lume nel cielo
Piu bel de l'altre stelle.
Quanto son piu lodevoli, è sicuri
De cari amici tuoi l'opre, è gli
studi,
Che non son quei de gli infelici
servi
Di Venere impudica.
Vaidono i cinghiali i tuoi devoti
Ma: devoti di lei miseramente
Son da Cinghiali uccisi.
O arco, mia possanza, è mio di-
letto,
Strali invitte mie forze,
Hor venga in proua, venga
Quella vana fantasima d'Amor
Con te sue armi effemminate,
venga
Al paragon di voi,
Che ferite, è pungete,
Ma che troppo t'honoro
Vil pargoletto imbelle,
E perchè tu m'intendi,
Ad alta voce il dico
La ferza à castigarti
Sola mi Casta. Basta.
Chi se tu che rispondi?

Echo, o piu tosto Amor, che cosi d'Echo
Imita il sono? Sono.
A punto i li volea, ma dimmi certo
Se tu poi desso? Esso.
Il figlio di colei, che per Adone
Gia si miseramente ardea? Dea.
Come ci piace, sui di quella Dea
Concubina di Marte, che le pelle
Di sua lascivia ammorba,
E gli elementi? Menti.
O quanto è lieve il cinguettare al vento.
Vien fuori, vien ne star ascoso. Oso.
Ed io t'ho per vigliacco: ma di lei
Se leggitimo figlio
O pur Gastardo. Ardo.
O buon, ne figilio di Vulcan per questo
Gia ti cred' io. Dio.
E Dio di che? del core immondo? Mondo.
Gniaffe de l'universo?
Quel terribl garzon? di chi ti sprezza
Vindice si possente
E si severo? Vero.
E quali son le pene,
Ch'a tuoi rubelli, è contumaci dai
Cotanto amare? Amare.
E di me che ti sprezzo, che farai,
Se'l cor piu duro ho di diamante? Amante.
Amante me? se folle.
Quando sara. che'n questo cor pudico
Amor alloggi? Hoggi.
Dunque si rostro s'innamora? Hora.
E qual sarà colei.
Che far potrà c'hoggi l'adori? Dori.
Dorinda forse? o bambo,
Vuoi dire in tua mozza favilla. Illa.
Dorinda? ch'odio piu, che lupo aquella.
Chi farà forza in questo
Al voler mio? Io.
E come? e con qual armi? e con qual arco?
Forse col tuo? Col tuo.
Come col mio? unoi dir quando l'haurai
Con la lascivia tua corrotto? Rotta.
E le mie armi rotte
Mi faran guerra? e romperallo tu? Tu.
O questo si mi fa veder affatto.
Che tu, so ubrirco.
Va dormi, va dimmi
Dove fien queste maraviglie? qui. Qui.

O sciocco, ed io mi parto.
Vedi come se stato hoggi indo-
vino
Piendi vino. Divino.
Ma veggio, o veder parmi
Colà posando in quel cespuglio
starsi
Un non sò che di bigio.
Ch' a lupo s'assomiglia.
Ben mi par desso, ed è per certo
il lupo.
O come è smisurato, o per me
gierno
Destinato à le preda, o Dea *cor-*
tese,
Che favori son questi? in un di
solo
Trionfar di due fere?
Ma che tardo mia Dea?
Ecco nel nome tuo questa saetta
Scelgo per la piu rapida, è pun-
gente.
Di quante n' habbia la faretra
mia.

La fida Ninfa

S[r]. FRANCISCO CONTARINI.

ATTO QUARTO

Scena Prima.

Niso.

IN qual parte potrò volger' il
piede
Più, lasso me, per ricercar' Ersi-
lia?
Se di Cerere il carro, è se le faci
Ardenti di Vulcano haver po-
tessi,
In terra, in Cielo, e nel profon-
do abisso
Loco non lascierei, ch' io non ve-
dessi
Se *vi fosse la bella Ersilia mia.*
E pur benigno Apollo mi disse
„Oggi la troverai:
„Ma non prima godrai, Niso,
d'amore,
„Che, da i consegli del Pastor
Pirinto
„Quel c' hai da far, intenda.
Oime, d'altrui, che da la Nin-
fa mia
La mia speme depende.
Ahi crudo Amor, ahi fera
Sorte, sola cagion del morir mio

Chi

Chi porrà fine à si crudel fortuna, Una.
Olà chi mi risponde? Onde.
Alcun dietro à quegl aloeri dired' io. Io.
Se quà d'intorno ascoso
Alcun à mosso à pietà de le nue pene
I'che risponda al mio parlar dolente,
Esta, ch' io prenderò qualche conforto
In diffogando i miei travagli seco. Eco.
Ma non ti veggio, se forse nuda ombra,
Ch' udir fai sol de le parole il suono? Sono.
Eco forse se tù, che de gl'amori
Suoli predir gl' eventi de Pastori,
E se le Ninfe lor saran pietose,
O pur s' haurãno il cor sempre severo? Vero.
Deh, tu pietosa Dea,
Eco verace, oracolo cortese
Di tutti i mesti amanti,
Se mai tu'l vero predicesti, hor dimmi
Ciò ch' io bramo saper, ch' offrirti ogn' anno
Prometta una bel Narciso,
E una bianca colomba,.
Es' altro si fia grato,
Io te l' offerirò, se lo richiedi. Chiedi.
Hor dimmi dunque ou è la Ninfa mia,
Es' è troppo lontana, ò pur d'appresso. Presso.
Si trova ella in Arquà? Quà.
El' hai veduta tu? Tu.
Dunque tu mi predici il ver cosi? Si
Da molti giorni in quà non l'hò veduta,
E pur l hò ricercata, ò me dolente,
Al prato, al bosco, al lago,
D'intorno al caro albergo mille volte
Son ito per vederla.
Trà l'altre Nimfe, e nesimo trà gl'armenti. Menti.
Sallo Ciel s'io mentisco,
Ma tù ri prendi gioco di schernirmi,
E non potrò saper dove si trovi,
O pur dou' ella alloggi? Oggi.
Oggi De drolla, e'l desiato frutto
Forse oggi haurò de la mia lunga spene? Pene.
Ma se n' haurò sol pene,
Chi sarà poi quell' una,
Ch' apporterà rimedio al dolor mio.
Forse alcun' altra, a cui l'ardor non celo? Celo.

Se celi' l nome, fà ch' io sappia
almeno
S' ella mi porta amore. More.
Es' io non amolei, come con-
forto
Portrà apportar à la mia doglia
fella? Ella.
In somma io non t'intendo, è
non ti credo. Credo.
E dove esser' dè questo, altrove, ò
qui? Qui.
Dumque oggi i miei travagli à
finir s' hanno? Hanno.
Dunque l'astre mie nole
Si cangeranno in gioie?
Et fiochi miei sospiri
Hi cangeranno in cãti, In cãti.
Poco giovano in canti
Quando non ard' Amore.
Ma poi che non vegg' io d'in-
terno errant
Ninfa, ò Pastor, che consolar
mi possa,
Come tu mi predici Eco *dolente*
Voglio cercar Iivinte,
E *uno cercar di nuovo*
Per piano, e per pendici
La mia leggiadra Ninfa.
Amor, tu' ch' a seguir le sue pe-
date
Mi spingi, e tu ne invia
Là, dou' io trovi la speranza
mia.

EX
IOHANNE CROCE.

DE *perche non respondi,* N*infa crudel, à le mie voci homai.* Ahi.
De dimmi ch' è cagion del pianto mio. Io.
Chi sci che parli meco? Eco.
Il sospirar e il pian o mio sia eterno. No.
Lasso che deggio far se il cor dispera. Spera.
O hime si gelosia tronca ogni speme, il fin de nostr' amori. Mori.
D*unque ha da chiuder morte, quest, occh, afflitti e lassi.* Si.
O felice. O felice. D*estino destino*
S'hauro lieto languire. Lieto languire.
Con si dolce morire. Con si dolce morire.

Colpho-

Colophonem operi imponere cogitabat Typographus, & ecce Cl. Nobilissimusque Daniel Heinsius, *pro affectu erga* Dousicum *nomen symbolam conferre approperat. Non indignare quæso, humanißime Lector, incomparabilis viri nomine, quod Veneres ejus alieno loco legas.*

DOUSÆ Nympha mei, de paucis me quoque certum
Fac Dea; sic verax sis, quod haberis, *eris.*
Quid patriæ Batavoque meo conducere censes
Hactenus, & suades semper amare? *mare.*
Heu mare, quod clausum est! ubi nunc præclara juventus?
Et quodnam specimen nominis edit? *edit.*
Et bibit, & partis fruitur. laus illa parentum
Interea & virtus inclyta tabet. *habet.*
Tot vero corrupta modis ac perdita, quisnam
Restituet nobis sæcula solus? *olus.*
Sanctaque paupertas, exemplaque gentis avitæ.
Nam quis præ nobis jure Batavus? *avus.*
Prisco igitur censore eget hæc gens edita Marte,
Præside quo rursus sobria deget. *eget.*
Et quo sancta fugit concordia? quæ modo nulla,
Quando unquam miseros consociabit? *abit.*
Quid præcelsus honos? quid cætera, quæ sibi quondam
Virtute & meritis quisque redêmit? *emit.*
Bellica res, vero quid erit, si lapsa feratur,
Et si deficiat nos veteranus? *anus.*
Quid pietas? quid relligio? quæ pectora junxit
Quæ nunc ludibrium quid mihi debet? *hebet.*
Et quis finis erit, nisi nos concordia jungat?
Quid populo restat qui modo liber? *Iber.*

DANIEL HEINSIUS.

ECHO,

Naemaels gevonden in de Comœdie van Ian Hermansz. Crul, geintuleert Diana in de persoon van Floriaen.

DOch isser eenich kans soo bootst my (ECHO) na,
En schattert uyt door't bosch een heugelijcke Ia.

Ec. *Ia.*
Fl. Ia, Echo seght ghy ja? mach ick u woort vertrouwen?
Ec. *trouwen.*
Fl. Trouwen Echo, sal mijn trouwen niet berouwen?
Ec. *rouwen.*
Fl. Sal trouwen rouwen mijn, hoe sal dat (Echo) schien?
Ec. *vlien.*
Fl. Vlien, sal ick vlieden, wel wat meer doet mijn verlangen?
Ec. *gevangen.*
Fl. Gevangen Echo, hoe; gevangen om een Vrou?
Ec. *trou.*
Fl. Gevangen om de trou van mijn stantvaste min?
Ec. *Coningin.*

FINIS.

DE NATURA SONI, *ET* ECHUS DISSERTATIO

AVTHORE
MARTINO SCHOOCKIO.

Cl. V.
D. HENRICO RENERIO,
Philoſopho in Academia Vltrajectina celeberrimo, ac acutißimo.

MARTINUS SCHOOCK S. D.



UM vir Nobilis Theodorus Douſa, magni Iani Douſę filius, patris exemplo novellæ noſtræ Academiæ lucem fœnerari ſtuderet, commodeque ad hoc, luſus de Imagine vocali, quos affectos habebat, occurrerent: facere non potui, quin humaniſſimè ab eo invitatus, qualemcunque etiam ſymbolam conferrem; non quidem ſertum ex Heliconis, & Parnaſſi floribus, aut ex

Pegaſeo fonte turgidum poëtico nectare poculum, ſed ex Philoſophicis pergulis tenues, & ſine ullo eloquentiæ apparatu dapes. Quamvis autem graviores curæ ad alia ſine miſſione, aliquot jam menſibus me vocent: furtiva tamen tempora, quæ condiendis ſeverioribus ſtudiis deſtinare ſolebam, naturę ludibundæ delitiis mancipare volui, ut ſi non perfectè, eminus ſaltem & velut è ſpecula admiranda ſoni, & Echus contemplarer. Renunciavi omnibus in Philoſophia magiſtris, ut veritatem non ex eorum opinione, ſed mea proferrem. Servum pecus eſt, quiſquis ex authoritate tantùm ſapit. Philoſophũ non fides, ſed ſapientia arguit. Et ut ego quidem exiſtimo, glorioſum magis eſt, decipi in perſcrutandis naturæ myſteriis, quàm de iis hoc ſolùm credere, quod majores tradiderunt. Qui in ſellulariis artibus occupantur, perpetuò hoc agunt, ut inventis quid addant, & novitatis habeantur architecti. Si à philoſophis idem fieret, quanto pro-

fundi

fundiorem multarum rerum ſcientiam habēremus? Fallimur, ſi Platonem, Ariſtotelem, Euclidem, & reliquos ejus ætatis, jus tantùm habuiſſe opinamur condendi artes, ac ſcientias. Et illi ipſi, homines fuerunt. Quibus adminiculis latentes rerum cauſas ruſpati ſunt, nos etiam inſtruxit naturę author, & pręſes. Quot non ſeculo hoc vivunt, quibus ingeniũ acre, induſtria ſolers, & memoria pertinax eſt: modò intenderent inſitas animi vires, multa myſteria in aperto eſſent. Sed exemplis pleriq; ducimur, ac cum vulgo errare volupe putamus. Avaris ſimiles ſumus: theſauros Dei munere abundè poſſidemus, quando tamen quid erogandum eſt, pecuniam à vicinis ſumimus mutuò. Vnum cum paucis aliis, te excipio, vir eximie, tuis quàm alienis oculis videre mavis: ſcientiam opinioni, & ſapientiam hiſtoriæ præfers: nec tam credere affectas quid alii fuerint opinati, quàm de quaque re veritatem cognoſcere. Macte hoc propoſito, & induſtriâ! Si o-

mnes per hanc viam ad ſapientiam graſſarentur, brevi multos Philoſophiæ nævos abſterſos videremus. Simul ac pedem in urbem noſtram intuliſti, ſignum ſuſtiliſti ad bene ſperandum de ea. Vtinam ſaltem claſſico tuo aliqui excitentur, qui opes ſuas, quas ut plurimùm profundere ſolent, expendant in eos, quibus curæ eſt, cognoſcere admiranda Dei, & naturæ. At quis luteo hoc ævo talia vovere auſit? Abierunt Pinelli, Fluſcę, Molini. Fortunæ eorum avaritiæ, & ambitionis facta ſunt inſtrumenta. Tu modò evigila, & ſepoſitâ nimiâ illâ circa veri indaginem religione, horreum pectoris in victuras chartas exprome. Admirabuntur te eruditi, ſuſpicient poſteri, omneſque fatebuntur profundam ſcholaſticæ philoſophię cognitionem â te ſolo illuſtratam eſſe vividi ingenii face, perfectamque ſcrupulosâ, ac multiplici experientiâ. Deſpicienti verò mihi, cui numerium hunc partum committerem, unus tu occuriſti. Solus de eo judicare,

care, ſolus etiam contra malevolæ inertiæ cantica defendere potes. Scio, multos offendet argumenti inuſitata tenuitas, plures diſſentiendi libertas. Non moveor tamen. Conſcientia, & veritas ſcutum ſunt. Concoxi diu illud Pindaricum cum antidoto ſecuritatis: Nem. Od. VIII. πολλὰ γὰρ πολλοῖς λέλεκται· νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεν βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος, ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν. Tu modò, Vir Clariſſ. ſuſcipe ingenii aborturientis excrementum, & ſecurum præſtabis ejus patrem. Sed ſuſcipe velut patronus, & incitabis me ad alia per occaſionem vulganda, quibus ſi ultima tantùm lima accedat, audebunt experiri ſiniſtra delicati ſeculi judicia. Vale, virorum candidiſſime, & me meaſque Muſas amare perge. Trajecti ex Muſeo Kal. Decemb. Anno temporis ultimi CIↃ IↃ C XXXVII.

 CAPVT

CAPVT PRIMVM.

De Natura Soni & Vocis.

PYrrhonis ſectatores, Scepticos vulgò dictos, explodi ſæpe audivi, & velut inertes, ac nihili homines, qui neq; quid ſciviſsẽt, neq; ſcire deſideraſſent, contemptim rejici. Cùm tamen, inter omnes non ſolũ Academicos, ſed quotquot unquam fuerunt philoſophi, longe eruditiſſimi & labore, ingenio, memoria, & ſubtilitate plus quàm homines fuiſſe videantur. Enimvero, an non explorata habere debuerunt omnium placita, & ſententias, qui toti in hoc erant, ut omnia refellerent? non induſtriâ, ac dexteritate ſingulare præditi eſſe, ut aliorum claras, & plauſibiles opiniones everterent? nonne in numerato habere ingenium, & memoriam, quæ dictare poſſet, quicquid ab aliquo, aut dictum, aut ſcriptum eſſet? Quidquid aliis videatur, illos (quamvis à ſacris & placitis eorum alieniſſimus ſim) nequaquam abjiciendos, nedum ut fanaticos traducendos eſſe judico. Si qui, viam noverunt, quæ ad eruditionem, & mundanam felicitatem duceret: & niſi in contradicendo ardor, ac nimia quædam circa veri inquiſitionem curioſitas, eos ad deliria præcipites egiſſet, ſcientias aut perfeciſſent, aut præcepta nobis reliquiſſent, ſecundum quæ jam diu eas perfeciſſemus. Quo enim compendio quis facilius, & felicius in quaque re verum & rectum invenire poteſt, quam ſi ſepoſitâ omni authoritate humanâ, præconceptâque opinione, ipſe ingenium ſuum intendat, & adhibitis legitimis ſciendi adminiculis non quæ alii dixerunt credere, ſed quæ ipſe videt rationi, ſenſibus, & experiẽtię, conſentanea eſſe, amplecti laboret. Libertatem omnibus utilem, philoſophis etiam neceſſariam eſſe exiſtimo. Verum aut cognoſcere non poteſt,

aut

aut audet, quiſquis ſacramento alicui ſe obſtrinxit. Cuique, ſummus mundi architectus, ingenium, & induſtriam conceſsit, injurius in eum eſt, quiſquis in memoriæ armarium aliorum placita, quàm domi natos fructus congerere mavult. Veritatem non ex Præceptoris ſchola ſapiens adfert, ſed in ipſis rebus invenit, aut ſaltem in iis ſcrutatur. Vitio ergo mihi datum iri nos credo, ſi in hac de ſono & Voce diſputatione præterquam hiſtorici, etiam philoſophi partes explere ſtuduero. Quid alii ſenſerint fideliter annotabo, quid mihi videatur, ingenuè dicam. Initio circa vocabula controverſia naſcitur. Sitne idem *ſonus* & *Vox*? Sextus Empyricus Pyrrhonicus *Vocem* nil aliud eſſe putat, quam *Proprium ſenſile auditus*. Similiter Marius Victorinus lib. 1. de Orthograph. definit eam, *Aëra ictum auditu percipibilem*, *quantum in ipſo eſt*. Et quod quis jure miretur ſic ipſe Scaliger Lib. 1. de re Poet. cap. 2. *Vox*, inquit, *aër motus*. Hinc Epicurus voces φθόγγους vocare ſolet. Ita in ejus epiſtola, ad neſcio quem Herodotum, apud Laertium legitur: πρῶτον μὲν ὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὦ Ηρόδοτε δεῖ εἰληφέναι. Recepit tamen & probavit philoſophia, ac uſus differentiam. Notus ille Ariſtotelis textus lib. 2. de anima cap. 8. οὐ γὰρ πᾶς ζώου ψόφος, φωνή. Aſtipulatur ei Gal. l. 7. de uſu Part. & lib. de vocis inſtrum. Diſtinctionem admittimus, quia uſitata, apud eos qui philoſophantur, aut philoſophicè religioſi ſunt in loquendo. Quanquam poetarum filij, cæterique humanitatis candidati Philoſophis & Grammaticis laqueum mandant. Apud eos enim arbores loquuntur & homines ſunt. Notum illud Theocriti,

Αλλήλαις λαλέοντι τὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

Ipſi homines contra ſonant: & ut cum Apul. loquar lib. 3. Flor. edere aliquando videntur *mutorum animalium immeditatos ſonores*. Ut obſervatum eſt a Torrentio ad Horat, lib. 2.

Sat. 3. Sed quid tandem *sonus* & *vox* species sub eo contenta? Si Aristoteli, & qui eum sequuntur, Philosophis & medicis credamus: *Sonus est qualitas sensibilis, quæ audiri potest, orta ex aere vel aqua solidorum corporum concussione collisis, & fractis. Vox vero sonus editus ictu aeris respiratione attracti, qui ab anima in pulmonibus existente cum quadam imaginatione efficitur.* Ita fere Arist. l. 2. de Anima cap. 8. Probl. sect. 11. q. 1. Galen. l. 8. de usu Part. cap. 6. Plut. lib. de Mus. Nec non omnes Aristotelis interpretes quos citatos videre est apud Tolet. & Conimbric. ad d. Arist. l. de Anim. Ex quorum apothecis omnia fere conscribillare solet vulgus Physicorum. Excutiamus hæc! *Sonus* dicitur *qualitas sensibilis*? Rectene, & accuratè? Videtur sic Peripateticis. Et ad hanc sententiam reluctantem Aristotelem atque Platonem trahunt: verecundiores paulo quàm Sceptici, qui ut liquet ex Sexto Empyrico sonum nihil esse dicunt. Sed videamus an etiam qualitas sit? Si est qualitas: distincta est à motu ipsorum corporum, & aliud aër motus aliud sonus est. Sed an non præter necessitatem hac ratione multiplicantur entia? Quorsum hæc qualitas? An non ipse aër certâ ratione motus & impulsus movet tympanum auditus? Nisi velis dicere pulsari tympanum, sed non ab aëre, quod nemo sanus dicet, aut statuet. Si ergo aër movet tympanum, & tympani motus ab anima sentitur, quid restat ergo nisi ut Sonus sit ipse aër motus, aut potiùs repercussus. Adhoc, si sonus est qualitas orta, & distincta à motione aëris, necessum erit aliunde illa producatur, quàm à motu aëris. Sed quid illud erit? Sanè sonus res velocissima non potest produci ab ipso motu, qui non ad productionem entis alicujus, sed suum ubi tendit. Si dicas ad eundem modum motu produci ut calor & frigus, nihil dicis. Calor, & frigus successivè, & per gradus generantur, & intereunt, sonus contrà intra punctum generatur, & eva nescit nec ut ille per incrementa intenditur, sed initio est vehementissimus, & primâ instantiâ ἐν ἀκμῇ. Deinde si efficitur hæc qualitas motione,

tione, & fractione aëris, sequetur effectum priorem esse sua causa. Simulac aër frangitur existit sonus, aër autem secundum Aristotelicos eum motu producit. Omnis motus est successivus. Quid ergo restat nisi ut ex re aliqua, quæ causat per gradus & successivè, aliquid oriatur in momento. Nec est quòd quis hic aëra vehiculum soni esse statuat: aliud est soni productio, aliud ejus diffusio. Ut v. c. incenditur tormentum, simulac incensum est ejus sonus auditur, auditur autem, quia aër diffringitur. Quis est qui dicat sonum, quem volunt esse qualitatem, tum produci motu & fractione aëris, quum jam auditus est. Denique si qualitas sit, eodem modo, & æque semper audietur, nec erit differentia inter turbidum, & serenum aëra, ventum secundum, & adversum. Ratio est, quia nulla potest adferri caussa, cur modò perfectiùs, modò imperfectiùs percipiatur. Si quis dicat esse materialem qualitatem, ulterius quæretur, quodnam illud materiale sit, & an possit esse ejusmodi materialis qualitas. Videtur ergo rationi magis consentaneum esse, ut dicamus sonum esse aëra repercussum. Verum acriter hic reclamat Casmannus in Somatolog. cap. 13. q. 2. quem & sequitur Timplerus in Phys. Gener. c. 8. q. 1. Pensitemus utriusque argumenta. 1. *Sonus est in genere qualitatis, motus minimè.* Resp. Præsupponitur ut probatum, quod in quæstione est. Non quæritur an apud Aristotelem, ejusque Sectatores motus, & sonus totis differant prædicamentis, sed quid illud ipsum sit quod sonus dicitur. 2. *Sonus est sensile propriũ auditus, motus verò sensile commune omnium sensuum.* Quid tum verò? Non dicimus simpliciter sonum esse motum, sed motum in aëre factum, & putamus ipsum aëra motum, & repercussum esse sonum. Eoque cum quid audimus, audimus certum aëris motum. Alius est ergo motus commune sensile, aliud proprium auditus. 3. *Sonus alius est acutus, alius gravis, nullus autem motus est vel acutus, vel gravis.* Mirum viros serios, & philosophos ita argutari. Quis dixit, aut docuit un-

quam, nullũ motũ posse esse acutum, aut gravem. Ipse quidem motus non est talis: sed aër motus. Quando enim vehementer, incitatò, & brevi tempore aër sensorium auditus movet, sonus est acutus: quando verò parum, & longo tempore, gravis est. 4. *Motus aëris, est causa efficiens soni, non igitur potest esse ipse sonus effectus.* Resp. Motus aëris non est causa efficiens soni, sed movens. Verbi causa, non motus nolæ est causa efficiens tinnitus. Sed æditumus qui nolam motitat. Motâ enim nolâ auditur tinnitus. Item avis sulcans aëra, alis efficit sonum: aër autem qui alis movetur, & repercutitur, ipsissimus sonus est. Nihil ergo obstant hæ rationes quo minùs *Sonus sit aër motus & repercussus, ob subitam & violentam corporum, inter quæ hæret collisionem, elisionem, impulsum per angustum foramen, aut denique allisionem factam ad solidum aliquod corpus.* Nec tantum sonus est aër motus, sed etiam aqua mota. Ut postea probabitur. Quatenus tamen nos, & reliqua animalia exceptis piscibus sensorio auditus non excipimus aliud quàm motum aëris, rectè hoc modo describi potest. Et ita quidem de sono existimamus sectantes Archelai, & Diogenis Babylonii sententiam, de quâ Laërtius lib. 1. Nec contradiceremus Aristoteli, modò per ejus interpretes liceret, qui ejus verba velut in equuleo expandunt, ut præconceptæ opinioni faveant. Sane doctissimus Philosophi interpres Themistius lib. 2. de Anima cap. 29. nobis astipulatur. *Est*, inquit, *sonus (brevissimè dixerim) aër elisus, pulsusque.* Sed quomodo fit sonus, & auditur? Nobis ita videtur. Aër corpus mobile & leve, movetur, motus repercutitur, repercussus ob varietatem corporum quorum alia levia, alia dura, alia solida, alia concava sunt, diversimode figuratur, & in gyrum instar circulorum qui in aqua conspiciuntur, agitur, & diffunditur, diffusus movet similiter proximum aera, usque dum contingat eum qui in secunda aurium cavitate inclusus continetur. Ille ubi motus est, movet etiam tympanum, hoc porro nervum auditorium quintæ conjuga-

tionis

tionis in utramque aurem expanſum, qui quia præcipuum eſt auditus organon ſimul ac commotus eſt, omnes ſpiritus ei incluſi moventur, ab iis dein illi qui in cerebri ventriculis latitant, quorum motum ubi percipit anima, ſonos exaudit. De aere hoc incluſo, & auditus organo videatur Anatomicorum princeps Andreas Laurentius lib. 11. Anat. cap. 13. At hic emergunt dubia aliquot? *Primò* quæritur unde exiſtat multiplex ſonorum differentia? Sigillatim reddere rationem cujuſque ſoni, non eſt alicujus hominis. In genere dici poteſt, variam reciprocationem variare ſonos. Quis enim ita hoſpes nõ ſolùm in philoſophicis ſacris, ſed quotidiana experientia eſt, qui ignoret, & expertus non ſit aera alio modo repercuti à corpore duro, alio à molli, alio à craſſo & tenui: alio etiam ab æquali, & inæquali, quàm plano; & deniq; alio modo à plano quàm convexo, aut concavo. Ad hoc tarditas, & celeritas motus, plurimùm conferunt ad diverſitatem: ut & aeris diſpoſitio. Quotidie hoc experiri eſt in nervis teſtudinis. *Secundò* quæritur an percuſſione aquæ efficiatur ſonus? Nullum eſt dubium. Qui prope littus habitant teſtari poſſunt. Fluctus fluctui alliſus ſonũ, ſtrepitum, & mugitum edit. Notum illud divini poëtæ ex Odyſſ. M. κῦμα μέγα ῥοχθεῖ. Ipſumque mare interdum, ut venuſtè Attius

——*crepitu clangente cachinnat.*

Adhoc flumina ſaxa vehentia ſonant, & ex conflictu nubium fremitus oritur. Sed hic ingens dubium exiſtit; an ſonus ille ſit ex colliſione aquæ, an verò aeris, ſubtilitate ſuâ aquam penetrantis? Hoc quidem videtur magnis in philoſophia viris. Sed non video cur dici non poſſit ipſam aquam eſſe ſubjectũ ſoni. Ut ſtatuit Scal. Exer. 61. ſect. 4. Nihil enim obſtat ejus craſſities; ut ſtatuit Philoponus. Etenim ſi urnam occluſam, & aquâ ad ſummum repletam moveas ſonum audies, quem fruſtra tamen venaberis, ut ut concutias, & motites

pyxidem

pyxidem aere turgidam. Nec est quòd quis aera inclusum esse dicat. Rectè Scaliger loco citato: *Nam qui somniant a-ctu aërem sub aqua contineri: idque ob eas bullas, quas efferri vide-mus ad superficiem: digni sunt, quos ratio excitet ad investigatio-nem generationis aëris in aqua propter agitationem, aut elisionem, cujusmodi fit in piscium branchiis, motu enim attenuatur.* Inte-rim diffitendum non est aera subjectum esse primarium; & gravius sonare aquam, cùm hic immiscetur. *Tertiò* curiosa ingenia quærunt, an aqua sit medium soni: h.e. ut cum Sca-ligero loquar; *An extrinsecus factum, ac delatum sonum ad a-quæ superficiem, excipiat aqua ita, ut sub se, atque intro transmit-tat.* Fieri hoc nemo diffitebitur paulò humanior. Sonum au-diri sine aeris ope, vel hinc liquet, quod pisces audiant, nec simpliciter audiant, sed acutum etiam, ut fatetur Philos. lib. 4. de hist. anim. cap. 8. Planum hoc fecit experientia pisca-torum. Et vel ex mugilum piscatu notum est. Etenim non modò aquarum levissimos contactus, sed ipsos quoque su-surros, & vocum, ac harmoniæ strepitus pisces exaudiunt: & ad Symonis vocem, Delphines proximi, ad littus accedunt. *Quartò* hoc dubium oboritur, quomodo audiri possit sonus vento adverso flante, quandoquidem sonus est aer motus. Sed jam antè dictum est, aera motum in circulos diffundi. Quem-admodum autem aquæ circuli obluctantur, & obnituntur, ac postremò etiam perrumpunt, licet admodum tardentur: ita & aeris, corporis fluidissimi circuli, contra tendunt, & diffin-dunt ventum adversum. *Quintò* hic magna difficultas mo-vetur. An ipse sonus ad aures accedat, an verò eius species? Speciem audiri statuit schola Peripatetica. Sed quomodo so-nus intra momentum tot sui species gignet? Aut quid hæ species erunt? num simulacra? Quando ergo cantum, aut clamorem me audire existimo, reclamabit Peripateticus, & contendet speciem tantùm cantus, & clamoris à me percipi. Sed cum gravior campanæ, aut tympani sonus me obtundit, & auribus molestias creat, an etiam speciebus, aut speciebus specie-

ſpecierum hoc acceptum referam? Species has, ſoni imagines, & formas eſſe contendunt magni viri, at quis tantas vires, & tãtam efficaciam deferat imaginibus, ut ab iis dolorem perſentiſcat? Quid quod illi ipſi ſtatuant, nihil audiri niſi pulſato antè tympano quod in cavo aurium eſt. Sed quæ ratio capiat, hoc ſpecies poſſe? Ad hoc quæ erit cauſa cur vento adverſo flante difficilius audiam campanam, ſi eſt ſpecies, quæ aurium meatus ſubit! Præſtat ergo ad Stoicos diverti, qui ſonos, & voces corporeas eſſe contendunt: Id eſt revera ſonos, & voces. De eorum ſententia conſulendus Laertius lib. 7. Plut. l. 4. de Plac. Philoſ. cap. 20. & Agell. l. 5. Noct. Attic. cap. 15. Horum etiam ſententiam ſecutus eſt Lucretius Phyſicus vates lib. 4. de rer. Nat. Qui quia de hac lite non inſubide cecinit, audiendus videtur. Ita autem is:

Corpoream quoque enim vocem conſtare fatendum eſt,
Et ſonitum quoniam poſſunt impellere ſenſu
Præterradit enim vox fauces ſæpe; facitque
Aſperiora foris gradiens arteria clamor.
Quippe, per anguſtum turba majore coorta
Ire foras ubi cœperunt primordia vocum:
Scilicet expletis quoque janua raditur oris.
Haud igitur dubium eſt, quin voces verbaque conſtent
Corporeis è principiis, ut lædere poſſint.
Nec te fallit item, quid corporis auferat, & quid
D*etrahat ex hominum nervis, & viribus ipſis*
Perpetuus ſermo nigrai noctis ad umbram,
Aurora perductus ab exoriente nitore;
Præſertim ſi cum ſummo eſt clamore profuſus.
Ergo corpoream vocem conſtare neceſſe eſt:
Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.

Sed *ſextò* quæritur, ſi non ſpecies ſoni, ſed ipſe ſonus percipiatur ab anima, quomodo fieri poſsit, ut per aliquot miliaria ſępe audiatur? Facilè. Aer motus, repercuſſus, & circulariter diſperſus movet proximum, & ille iterum proximum,

mum, uſquedum contingat aera illum qui aures ambit, quem ſimiliter movet, & afficit: eoque ſonus, aut vox quæ auditur, quamvis repræſentativè ſit eadem cum voce primò prolata, non eſt tamen eadem numero, haut magis ac aer qui eſt in muſeo, idem eſt cum eo, qui in publica via eſt, unde ad me ſoni perferuntur. *Septimò* quis jure dubitet, qnomodo fieri poſſit, ut ſoni, & voces, parietes, conclavia ac montes tranſeant, cùm nemo tamen per lignum quantumvis poroſum videre poſſit? Quæſtionem hanc egregie ſolvit Lucretius lib. 4. quem ex re eſt audire:

Quod ſupereſt, non eſt mirandum, qua ratione
Quæ loca pernequeunt oculi res cernere apertas,
Hæc loca per voces veniant, aurisque laceſſant.
Conloquium clauſis foribus quoque ſæpe tenemus:
Nimirum, quia vox per flexa foramina rerum
Incolumis tranſire poteſt: ſimulacra renutant:
Perſcinduntur enim, niſi recta foramina tranant:
Qualia ſunt vitri, ſpecies quæ trameat omnis.
Præterea partes in cunctas dividitur vox:
Ex aliis alia quoniam gignuntur, ubi una
Diſſiluit ſemel in multas exorta; quaſi ignis
Sæpe ſolet ſcintilla ſuos ſe ſpargere in ignis.
Ergo replentur loca vocibus abdita retro
Omnia quæ rerum fuerint, ſonituque cientur.
At ſimulacra viis directis omnia tendunt,
Vt ſunt miſſa ſemel. quapropter cernere nemo
Se ſupra potis eſt; at voces accipere extra.
Et tamen ipſa quoque hæc dum tranſit clauſa viarum
Vox obtunditur, atque auris confuſa penetrat.
Et ſonitum potius, quàm verba, audire videmur.

Octavò admirandus præ cæteris videtur campanarum tinnitus, poſt primum quippe ſoni emiſſionem, longiſſimo adhuc ſpatio perſonat. Quæritur unde hoc accidat? Omnibus ritè examinatis, & perpenſis, videntur tinnitus illi aſſignandi eſſe

di esse aeris qualitatibus, quæ sonoris illis corporibus in sunt. Eę etenim nō patiuntur corpus semel percussum, mox omnino quiescere, sed motu quodam vix perceptibili aerem qui proximè hæret attrahunt, & attractum iterum expellunt. Colligere hoc ex eo licet, quòd quando campanæ ex funibus in sublimi non dependent, neque liberè moventur nullum ejusmodi sonum, aut tinnitum edant. *Nonò* quæri potest, cur tormenta bellica tanto cum fragore, & veluti tonitru explodantur? Boatum hunc imputo 1. angustię fistulæ. 2. materiæ ipsius machinæ ferreæ, aut æneæ, quæ quia dura, & compacta est, cedere nescit. 3. Vehementiæ ipsius impetus: qui enim fumi una cum globo erumpunt, frangunt aera, & antevertunt. Ad incrementum artificiosi tonitrui plurimùm conferunt longitudo fistulæ, & præstantia pulveris pyrii. *Decimò* quæritur cur sonus nimium acutus, & stridulus, veluti serræ cùm reciprocatur, molestus & ingratus sit & dentes ex eo dolere incipiant? An ideo quia horrisonus ille crepitus quasi pungit tympanum, aut membranam auditus, quæ quando repentè se contrahic simul etiam patiuntur nervuli, qui ad imas usque sedes, & radices dentium descendunt. Fieri verò non potest quin subitò stupor dentibus oboriatur, quando identidem locum illum novus aer subit. *Undecimò*, & illud indagine dignum videtur, cur μονοτονία, & uniformis sonus tædium excitet? An ideo, quia anima debet diutinam facere intentionem, & nihil interea ab eo discit, qui perpetuò eâdem oberrat chorda, & cum cuco κοκκύζει? *Duodecimò* quæri non incommodè potest, an verum dixerit Cicero lib. 3. de Legib. *Sonus*, inquit, *incitat languentes, languere facit excitatos, tum remittit, tum contrahit omnino.* Ita quidem experimur quotidie in nobis, in aliis, in equis, canibus, lupis, & quibus non animalibus: Sed quæritur; quæ ratio? An quia sympathia quædam intercedit, inter affectus, & sonos? An quia commotis organis auditus, etiam moventur reliqua instrumenta, per quæ aut intumescunt, aut defervent πάθη?

Tertiò

Tertiò decimò poetæ controverſiam movent. Quoties non illi quando ſacro igne flagrant, dicunt vocem aera ferire, percutere, aures pellere, & quid non? Sen. Agamemn.

Tacitumque murmur percuſſit aures.

Lucan. l. 6.

Securaſque fragor concuſſit Cæſaris aures.

Maro lib. 12. Æneid.

——— *arrectaſque impulit aures*

Confuſæ ſonus urbis. Quæritur quæ ſit ratio, & cauſa? An quia Stoicis, aut Epicureis, qui corpoream eſſe vocem opinati ſunt, faverunt? Aut quia vocem, & ſonum ut plagam quam, & percuſſionem conſiderarunt. Quemadmodum placet Themiſtio. Quod verò Plutarchus in vita Quinti Flaminii de corvis narrat, in Nemeæ ſtadio vocis magnitudine perculſis, & dejectis, non injuria quis in dubium vocet. Et hæc quidem de ſono. Pauca etiam de voce. Dicebamus antè apud philoſophos diſtingui ſonum à voce. At quæ differentia? Ariſtot. lib. 2. de Anima cap. 8. dicit: ἡ φωνὴ ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου. Sed ex eodem capite duas amplius differentias eliciunt interpretes: ita ut ad vocem hæc tria requirantur. 1. Reſpiratio. 2. Ictus. Vox enim oritur ictu aeris reſpiratione attracti, quatenus ad arteriam aſperam alliditur. 3. Imaginatio. Unde ita rectè definitur: *Vox eſt ſonus animantium reſpirantium, ex percuſſione aeris emiſſi per exſpirationem ad aſperam arteriam, & laryngem cum imaginatione quadam & appetitu ſignificandi animi affectum.* Hanc generationem vocis, eruditus verſibus adumbravit Alcimus Avitus lib. 1. quos ſi non aſſcriberem, injuria fieret delicatis ingeniis,

Flexilis arctatur recavo ſic lingua palato,
Preſſus ut in cameram pulſantis verbere plectri,
Pulſato reſonet modulatus in aere ſermo;
Additur & tenui paſcendus ab aere pulmo,
Ut concepta trahens lenti ſpiramina flatus,
Accipiat reddens, reddat quas ſumſerit, auras
Perque vices crebro pellatur anhelitus hauſtu.

Si

Si ejus indolis vox strictissimè & ad usum philosophicum accepta: Quæritur *Primò* an etiam vox, quam Deus in Scriptura dicitur edere, sub præcedenti definitione comprehendatur? Gen. 3. v. 8. Exod. 3. v. 6. & sæpe alibi. Non videtur. Illud extra dubium est, maximum Deum, qui spiritus & incorporeus est non propriè vocem emittere. Quamvis cum omnipotens sit, & ei omnia pareant, eam nutu in aëre, aut nubibus possit formare. Ut factum videtur Math. 3. & 17. Sed quid si Iehova in forma humana appareat & loquatur, ut factum Gen. 18? Quis negare ausit tum propriè vocem edi? *Secundò* quæstio existit an umbræ, Lemures, & dæmones vocem edere possint? Non videtur Plutarcho in Coriolano, nec etiam mihi. Sonum solummodo emittunt: quia destituuntur organis ad formandam vocem requisitis. Non tracheia arteria, non larynx, non lingua illis. Hinc Talthybius apud cothurnatum Senecam in Troade, cum narraret, quid fecisset umbra Achillis, inquit;

Implevit omne littus irati sonus;

Tertiò circa pisces, qui muti sunt, controversia oboritur, quæriturque quæ ratio sit, quòd vocem emittere non possint? Communiter responderi solet, defectum organorum, requisitorum ad respirationem, ἀφωνίαν hanc causari. Nec malè; At obloquuntur magni viri, qui respirationē, aut saltem transpirationem, vel ἀναπνοὴν illis assignant. Ut Hippocrates, nec non Plinius l. 6. Natur. histor. cap. 7. An dicemus hanc tantùm analogam respirationem esse? Sed quorsum ergò brāchiæ? Serviunt refrigerationi: iisq; aqua recipitur, & redditur. *Quartò.* Quo sensu dicere potuit Propert. lib. 4. El. 3. *Omnia surda tacent.* Et cur Græci surdum, & mutum κωφὸν vocant? In Onomast. vet. *Surdeo* κωφεύομαι. In Glossar. *Mutus* ἄλαλος, καὶ κωφός. An quia surdi plerumque muti sunt, ut usus & experientia docent? Ita quidem videtur.

Quos natura ſurdos edidit, etiam mutos fecit. Loquerentur, aut ſaltem ſecundum normam primorum inventorum verba & voces fingerent, ad exprimenda animi ſenſa, ſi ſermo non foret diſciplinæ: & ſi vera eſſet Platonis opinio qui putabat, homines naturâ, & non imitatione loqui patrium idioma. Accedit quod aurium & linguæ affectus facilè communicentur, ob vaſorum communicationem, ut docent nos Anatomici. *Quintò*. Cur dormientium vox eſt gravior, & quidem hyeme magis, quam æſtate, aut aliâ anni tempeſtate? Cæl. Rhodig. lib. 30. Antiq. Lect. cap. 8. An quia ſomnus graviora membra efficit, linguæque nervos craſsiore ſpiritu implet. Hyeme quoque quia craſsior aër, non exterior ſolùm ſed interior eſt, ſi tardius ab eo moveantur organa vocis, mirandum non eſt. Et hæc de ſono, & voce dicta ſufficiant, quantum ad Echo.

CAPVT SECVNDVM.

De Natura Echus.

SONI affectio eſt Echo. Ut autem perſpicuum evadat, quid illa ſit duo hæc prænotanda ſunt. *Primò* nullus editur ſonus abſque reflexione. In omni enim ſono fit quædam reverberatio aëris commoti, aut ab obſtance aëre, aut ab alio corpore occurrente. Clariſsimè hoc inde liquet, quòd ipſi voces, & verba noſtra audiamus. Et hoc eſt quod dicit Philoſophus lib. 2. de Anima cap. 8. ἔοικε δὲ ἀεὶ γίνεσθαι ἠχώ, ἀλλ' οὐ σαφής ἐπεὶ συμβαίνει γε ἐπὶ τοῦ ψόφου καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ φωτός· καὶ γὰρ τὸ φῶς ἀεὶ ἀνακλᾶται· οὐ γὰρ ἂν ἐγίνετο πάντη φῶς, ἀλλὰ σκότος ἔξω τοῦ ἡλιουμένου ἀλλ' οὐχ οὕτως ἀνακλᾶται, ὥσπερ ἀφ' ὕδατος, ἢ χαλκοῦ, ἢ καί τινος ἄλλου τῶν λείων· ὥστε σκιὰν ποιεῖν, ᾗ τὸ φῶς ὁρίζομεν. Illud ſi nulla alia authoritas aut ratio aſſereret, vel inde liquere poſſet, quod muſica multò delica-

delicatius sonat in conclavi aulæis, & peripetasmatis circum amicto, quàm in templo. Fit enim hoc ob mollem reflexionẽ. *Secundò* diversimodè disposita & sita sunt corpora ad quæ sonus alliditur. Locorum alia levia, atque plana sunt, ea Plotin. Ennead. 3. l. 6. vocat τόπους λείους, καὶ ὁμαλούς. In his non manet sonus. Alia cava, & levia, nec non densa etiam ac impervia sunt, in hæc quando pervenit sonus, concluditur, & quia in lateribus aut fundo non invenit exitum, redire compellitur eò, unde venit. Talis autem locorum indoles, & dispositio esse debet si sono adhærebit Echo, quæ nihil aliud est quàm *SONVS secundum eandem figuram à corpore concavo evidenter, sed imperfectè, ad auditum reflexus.* Apud Hesychium Grammaticum, nulli secundum, ità definitur: Ἠχὼ μακρὰ φωνὴ ἀνακλωμένη ἀπὸ στερρῶν, καὶ ἀντιτύπων, ἐπὶ τὸν προϊέμενον πάλιν ἐπανιοῦσα. Sed hæc descriptio, ad Grammaticam magis normam, quàm Philosophicam est exacta. Aristoteles loco proximè laudato cum pila comparat, quæ si allidatur parieti, aut pavimento, resilit. Alexander Aristotelis interpres cum circulis, qui in aqua conspiciuntur, quando in eam lapilli conjiciuntur. Verùm non arridet admodum hæc similitudo. Geminũ circa hæc dubium penitiore indagine dignum, movetur. 1. An ipse sonus reflectatur, an verò ejus similitudo. Quidam similitudinem tantùm remitti volunt. Sed non video quomodo hæc sententia possit subsistere. Si sonos, non species sonorum percipit auditus, Echo etiam non simulacrum soni, sed ipse sonus erit. Quomodo autem species resilire, & per eundem tramitem redire poterunt? Necessum est hæc simulacra materialia dicas, si ea contra sensum, contra experientiam, & rationem nobis obtrudere velis. Magnus in medicina vir Avicenna, soni continuationem *Undam vocalem* vocare solet. Ut enim unda undam trudit, ita aëra motum aër: & ut unda allisa scopulo, aliquâ sui parte redit, ita quadantenus etiam aër allisus aut potius adactus, ad corpora dura. Iteratò autem ille ex parte auditur,

 si in-

si incidat in concava saxa sinus profundos porticuum, aut templorum, nec non valles montium, vel sylvas. Denique si species rantùm soni in reboatione Echus esse statuuntur: integrę voces, & soni redibunt. Atqui hoc adversatur experientiæ. Extremæ autem syllabæ audiuntur tantùm, quia aër, dum it, & redit per eandem viam, imbecillior evadit. At quæ ratio reddi poterit, quòd species integræ, ac incolumes non revertantur? 11. Maxima difficultas oboritur circa modum reflexionis. Sudant hic primi in Philosophia Peripatetica viri, Alexander, & Simplicius. Ille totam quæstionem per similitudinem circulorum, qui in aqua conspiciuntur, se expedire opinatur. Meâ tamen sententiâ nihil agit. Hic totum aëra repercuti putat, totumque allidi ad obstaculum durum, ac per eandem viam reflecti. Sed ne sic quidem satisfit. Quæ enim ab eo successio, & tractus in sono consideratur, absonus, & à ratione alienus est. Fateor: sonus, & Echo in instanti non fiunt, aut audiuntur, nec instar lucis sunt. Peraguntur tamen celerrimè, & ferè intra momentum. Eoque ita potius dicendum videtur: Aëra motum, repercussum, & diffusum quaqua vorsum vergi: quotiescunque verò ad novum & alium aëra alliditur, toties sonum continuari, novãq; evadere refractionẽ: ubi verò in concavum obstaculum incidit, quia undiquaque conclusus continetur, nec aëra invenit, per quem se diffundat, & communicet, recurrere per viam, quam intravit, & ejusdem soni portiunculam reducere. Ita ut non sit tam reflexio, quàm reditus. Neque enim aër, qui subtilissimus est, æque ac pila resilire potest; neque planè similis est aqueis circulis, qui quando ad parietem, palum, aut rupem usq; se diffundunt, in se redeunt; sed ideo redit quia motus ille non statim potest cessare, nec viã invenit quâ latiùs se diffundat: redit autem per rectam lineam quia usque ad orificium loci concavi coërcetur ne se diffundere possit per latera, à quibus & constringitur. Quando autem libero aëre frui incipit, iterum se diffundit, non quidem secundum

cundum omnes sui partes, sed eas solum quæ redeunt. Hinc fit ut Echo maximè audiatur ab iis, qui è diametro oppositi sunt loco concavo: ex parte verò ab illis, qui ad latera consistunt. Cur autem sonus integer non redeat, infra pluribus examinabimus.

CAPVT TERTIVM.

In quibus locis ut plurimùm Echo audiri soleat.

IN concavis locis, ut dictum, sonant imagines. Sed ubi sunt illa? Per indicem quædam recensebo. *Primò* montes hoc nomine apud omnis ordinis authores celebrantur. Ioseph. lib. 5. Ἁλώσ. cap. XII. Συνήχει δ' ἥτε περαία, καὶ τὰ πέριξ ὄρη, βαρυτέραν ποιοῦντα τὴν ὁρμήν. *Resonabat autem, & trans fluvium regio, & montes circumpositi graviorem sonitum reddebant.* Virgil. 8. Æneid.

> *Consurgunt gemitu Rutili, totusque remugit*
> *Mons circum.*

Lucan. lib. 1. *Illi rejectant voces ad sidera montes.*
Egregiè Nonnus lib. 22. Dionysiac.

> Κούρη δ' ὑστερόφωνος ὀρεσσαύλων ἀπὸ λαιμῶν,
> Πετραίοις στομάτεσσιν ἀμειβομένη κτύπον αὐλῶν,
> Μίμηλε χρεμέτιζε μέλος πολεμήϊον ἠχώ.

In sacris literis etiam vestigium talis Echus extat. Ezech. cap. 7. vers. 7. lego:

ולא הד הרים h. e. *& non celeusmatis montium,*

quibus verbis omnes pene interpretes Echum innui, & circumscribi opinantur. Significat enim Deus per prophetam, minas & verba sua non inania, ac sine pondere fore, quemadmodum Echo, quæ inter valles montium, vocem mentitur. *Secundò* rupes & saxa. Iustin. lib. 24. *Media saxi rupes in formam*

inam theatri recessu. Quamobrem, & hominum clamor, & si quando accedit tubarum sonus, personantibus & respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quàm editur resonare solet. Moschus in Epitaphio Bionis:

Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅτι σιωπῇ,
Κοὐκέτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα.

Ovid. Ep. 10.

Interea toto clamanti littore, Theseu
Reddebant nomen concava saxa tuum.

Claud. in Paneg. de VI. Conf. Honor.

Tunc sylvæ, tunc antra loqui, tunc vivere fontes,
Tunc sacer horror aquis, adytisque effunditur, Echo
Clarior, & doctæ spirant præsagia rupes.

Idem in Epithal. Pallad. & Serenæ.

——— *redituraque rupibus Echo.*

Virgil. lib. 3. Georg.

Pindus agit gemitus, Pangæaque saxa resultant,
Oetææque gemunt rupes. Æsch. Prometh.

κτύπου γὰρ Ἀχὼ χάλυβος διῇξεν ἄντρων μυχόν.

Homerus ὀδ. μ'.

τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ δεινόν.

Quia verò pauca saxa, & valles non reboantes inveniuntur, hinc factum ut Græci eas omnes Ἠχοῦς vocarint. Testatur Columella lib. 9. de Rustica cap. 5.

Tertiò densa nemora, & sylvę. Virgil. lib. 3. Georg.

Et vox aßensu nemorum ingeminata remugit.

Idem Eclog. ult.

——— *Respondent omnia sylvæ.*

Nemesianus Eclog. 1.

Sylvestris nunc te platanus Melibæe susurrat,
Te pinus reboat. Te quicquid carminis Echo,
Respondent sylvæ.

Quartò

Quartò ripæ, & littora. Quomodo hoc fiat docet Arrianus lib. 7. *Ripa, inquit, etiam ipsa navibus multò altiores, clamorem in arctum redigentes multò vehementiorem illum suâ compressione reddebant, & nemora utrimque ripis circumjecta sonitum illum nemorum experientia, multò auctiorem suâ repercussione efficiebant.*

Maro 5. Æneid.

——— vocemque inclusa volutant
Littora.

Et iterum 8. Æneid.

Tum verò exoritur clamor, ripæque latusque
Responsant circa.

Omnium venustissimè Ausonius Idyllio IX.

Blanda salutiferas permiscent littora voces,
Et voces, & pene manus, resonantia utrimque
Verba refert, mediis concurrit fluctibus Echo.

CAPVT QVARTVM.

De locis celebrioribus, in quibus & olim, & hodie Echo admodum sonora, & multiplex audiri solet.

OPeræ pretium me facturum, & delicias melioribus animis exhibiturum opinor, si strictim loca quædam specialia annotavero, in quibus resonans Nympha non tantùm considere, sed semet etiam altiore sono manifestare solet. Ne quis verò accuratum exspectet catalogum. Ea tantũ loca annotabo quæ præ cæteris admiranda videntur. Plut. l. 3. de Placit. Philosophorum cap. 20. meminit Echus in decantatissimis Ægypti pyramidibus, quæ quater, quinquiesve iterabatur. Et ut venustè de ea loquitur; ἐν τ̃ κατ' Αἴγυπτον πυραμισὶν ἔνδον μία φωνὴ ῥηγνυμένη, τέτταρας ἢ καὶ πέντε ἤχους ἀπεργάζεται. Celebres etiam sunt septem Cyzici turres, quæ ut Plinius loquitur lib. 36. cap.

15. *acceptas voces numerosiore repercussu multiplicabant*. Et cum alibi Echo naturâ locorum, & plerunque convallium evenire solet, ibi casu accidebat. Ita & Pausanias in Eliac. l. 5. de Porticu Pœcile in Elide (ita dicta ὅτι ἦσαν ἐπὶ τῶν τοίχων γραφαὶ τὸ ἀρχαῖον) refert, quod cognominata fuerit στοὰ ἠχοῦς, aut porticus Echus, quia vocem emissam septies, & nonnunquam sæpius reciprocabat. Idem lib. 2. in Corinthiacis mentionem facit alterius porticus prope Chtoniam, quæ triplicabat vocem semel missam. Sed an duæ posteriores hæ porticus non arte, & industriâ ad resonandum fuerint constructę, certò dicere non possum. Cardanus philosophus quantivis pretii, & naturæ mysteriorum curiosissimus indagator, lib. 18. de Mirabilibus, meminit Echus quæ Ticini in Basilica magna, quam Salam Itali vocare solent, erat: ea juxta arcem civitatis ex ostio toties remittebat voces, ut numerari non possent, ita ut nonnunquam decimatertia resonantia unius vocis audiretur. Idem eodem loco alias duas, præ cæteris illustres, quæ in eadem civitate audiebantur, recenset: quarum altera erat juxta ædem dicatam B. Paulo extra mænia, quæ ob claritatem & responsi celeritatem stupenda habebatur, simul enim cum ipsa voce audiebatur. Altera extra mœnia erat, ex obliquo septi ferarum, quod vernaculo idiomate Barcum Itali vocant: ea ipsi Cardano decem distinctas voces sed tardiusculè, aliquando retulit. Et quia Ticinum cum Cardano lustramus, non possumus præterire, quòd Mayolus colloq. 15. narrat, de amplissima quæ in ea civitate aula est. Si nobis enim non imponit, tot in ea redduntur voces, quot fenestrarum sunt spiracula. Olim & proximo seculo famosa admodum fuit Echo, quę audiri solet in pago Charanton, qui Lutetiæ suburbio adhæret. Cujus pręter antiquos annales Gallorum meminerunt quoque Petrus Borusteavus in Historiis Prodigiosis, Stephanus Taboret in suis Bigarrures cap. 16. & Merula in Cosmographia p. 481. Ut nihil dicam de omnibus illis, qui nobis iter suum per Gallias conscriptum reliquerunt.

querunt. Solent enim advenæ haud ſecus Echum illam ſalutatum ire, ac olim Pyramides luſtrare, qui per Ægyptum peregrinabātur. Nec injuria: erat enim aliquādo πεντεκαιδεκάφωνος ἢ τεσσαρεσκαιδεκάφωνος. Et quando maximè taciturna erat, decies tamē, aut undecies reſonabat eādem vocem, quatuor autem ſyllabas integrè & perfectè quater, quinquieſve. Varietas autem proveniebat partim à conſtitutione aëris, partim à ſtatu colloquentium. Multùm quippe refert, quo loco quis conſiſtat, qui frui vult ſonoris, & tinnulis Echus colloquiis. Porro hanc egregiis verſibus celebrat Rudolphus Botereus in deſcriptione Lutetiæ, ut indicavit mihi curioſiſſimus antiquitatis ſcrutator Giſbertus Lappius I.C. Ultrajectinus. Ita autem ille pag. 138.

At n: Charantonii ſileam miracula pontis?
Dicta ubi verba ſemel, ſeptenna reciprocat Echo?
Rupibus Echo cavis quæ clauſa, audita tacere
Neſcit, nec loquitur niſi quis prior ore laceſſit:
Hoſpita ſaxorum, nemorum incola, condita in antris
Nympha loquax, ſine voce tamen vocalis in illo
Ponte: alibi, te ipſam ſuperas, varia ordine vocis,
Nec tu audita ſemel, toties ſed verba reſumis,
Quot portæ Thebis, quot divitis oſtia Nili:
Cizici erat, numero pari, & diſcrimine vocum
Talis ſeptennis reſonans in turribus Echo,
Quæ fuit Heptaphonos, dicta olim nomine Graio.

Sed hodie proh dolor! exulat inde amœna, & celebris Dea, ac muta eſt vallis Charantonia. Si credimus enim Golnitzio, cujus Itinerarium Gallicanum omnium manibus verſatur, Carmelitani eam abegerunt, ſtructo eo loco cœnobio. Utinam potius in concoloribus Alpibus, aut nivoſis Pyrenæis ſedes ſtatuiſſent! Sed quid agas? Omnium rerum ortus, & interitus eſt. Cæterum in Galliis, quia montes, & valles abundè ſunt, aliæ etiam quam plurimę Echones inveniuntur. Dimidio miliari à Biturigibus habitat quędam,

quæ decies dicitur respondere. Vir Clariss. Arnoldus Buchelius I. C. significavit mihi in confinibus Allobrogum per medium miliare continuum, voces reddi. Golnitzius quóque in Itinerario pag. 366. meminit Echus prope oppidum S. Germani, quæ distinctè satis verba ultra lacum effusa resonat. Audivi etiam à multis prædicari eam, quæ auditur in hortis arcis Luparę. Sed nescio an usquam præstantior inveniatur, quàm Romę in via Appia: prope locum qui vocatur *Capo di Boi*. Ex re est de ea audire Franciscum Schottum in Itinerario pag. 227. *Ad collis*, inquit, *radices vocis imago, Graci Echo nominant, exauditur, ut nusquam gentium major. Octies enim (expertus loquor) integrum poëtæ versum articulatè refert, confusè item sæpius.* Idem sibi Anno 1614. contigisse, scripsit Nobiliss. Theodoro Dousę, Vir præstantissimus Ernestus Brinckius antiquarius eximius, cùm recitasset principem ex Virgiliana Æneide versum;

Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris.

Conimbricenses item Philos. ad lib. 2. Arist. de Anima cap. 8. quæst. 2. meminere Echus Patavinæ, quæ septies eandem vocem reddit. Bernardus Mollerus lib. 3. de cursu Rheni, quem versibus non inelegantibus celebravit, ut & Wilhelmus Dilichius in Chron. Hassiacis, fusè describunt montem Echus, aut scopulum, Lourleum dictum, ad Rhenum prope Vesaliam superiorem. Multa de Echone admiranda ibi occurrunt. Sed quid apud exteros naturę ludibundæ mysteria quærimus? Domi audire possumus Echum non bis, terve tantùm, sed sexies & amplius resonantem. Accepi à variis haud procul à **Geervliet** / quandam esse quæ septies, aut octies unam vocem repetat. Sic & Petrus Hondius in libro, cui titulum fecit **Moffenschans** / Fol. 473. refert de quadam in Suydt-Beverlandia, quæ senas syllabas reiterat. Fortasse tales etiam alibi in vicinia reperiuntur. Nobis propositum

tantum

tantum fuit quasdam ex celebrioribus referre: infiniti enim studii, nulliusque usus foret; omnes velle colligere, & recensere. Qui per montes, & densas sylvas iter aliquando faciet, aut depressiora fana, & templa adibit eas sine numero deprehendet.

CAPVT QVINTVM.

De Echone artificiali.

Æmula naturę ars est, & quicquid in illa est admirandi, si non exprimere, saltem imitari studet. Ea in mari sylvas, in vastis solitudinibus lacus, & in alto culmine Babylonicæ arcis hortos condidit. Muta loqui docet, volucres contra ingenium articulatas voces formare, sphæram ligneam pari cum cœlo passu ambulare, ligneas columbas volare, statuas sonos edere, & quid non? Aves aureæ Leonis Imperatoris Græcorum, cantant apud Glycam in Annal. *Diomedis in ære grues buccinant: æneus anguis insibilat: aves simulatè fritinniunt, & quæ propriam vocem nesciunt, ab ære dulcedinem probantur emittere cantilena*, ut cum Cassiod. loquar lib. 1. var. Ep. xlv. Adolescens ille locuples, & ignavus sub Domitiano labore assiduo, & sumptu immenso cujuscunque generis aves humanam vocem imitari docebat, ut liquet ex Apollonii Tyanæi reprehensione apud Philostr. lib. 6. in vita Apollon. cap. 15. Ita & Psaphon teste Maximo Tyrio dissert. 19. avium commendatione, quæ eruditę erant clamare μέγας Θεὸς Ψάφων, in terra Libya divinos honores promeruit. Quondam etiã in pretio fuerunt hydraulica organa toties ab antiquis scriptoribus laudata: in quibus aqua per fistulas, & angustos canales, coacta congruum cantilenis sonum exprimebat. Videsis (quisquis horum curiosus es) Vitruvium lib. 10. cap. 13. Athen. lib. 4. Plin. l. 7. cap. 37. & quæ Illustriss. Scalig. ad

ad Severi Æthnam congessit. Ea in animo habebat Claudianus in Panegyr. Consul. Manlii, cum caneret;

—laborantes in carmina concitat undas.

Sed de his nos pluribus aliquando ξὺν Θεῷ in commentario de Veterum Musica. Si omnia hæc ars imitari, & pro modulo exprimere studuerit, quid mirum si etiam Echones ibi formare laboraverit, ubi negabat Genius loci. Gratiam enim quam, & suavitatem voci conciliant. Ut noverat etiam Ambrosius, cùm libr. 6. in Hexamer. cap. 9. scriberet: *Siquidem velut in concavis montium, vel in recessu rupium, vel in anfractu fluminum vox auditur dulcior, & responsa suavia referens Echo, resultat.* Hinc ad conciliandam plausui resonantiam concava vasa, Ἠχεῖα, dicta, in Theatro collocabantur. Ut vel ex uno Vitruvio clarum est, qui accuratè ea descripsit libr. 5. cap. 5. De iisdem hæc apud eum occurrunt libr. 1. cap. 1. *In theatris vasa ærea, quæ in cellis sub gradibus mathematicâ ratione collocantur, & sonituum discrimina, quæ Græci ἠχεῖα vocant, ad symphonias Musicas, sive concentus componuntur, divisa in circinatione diatessaron, & diapente, & diapason, uti vox scenici sonitus conveniens in dispositionibus, tactu cum offenderit, aucta cum incremento, clarior, & suavior ad spectatorum perveniat aures.* Quanquam non puto sola vasa Echum, & reflexionem vocis produxisse. Potius asscribo hoc convexæ, & sinuosę theatri structurę: præeunte authore Æthnæ, sive is Maro, sive Severus est:

Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis, cadit arte regentis.

Quid cortina ibi sit eleganter docet eruditissimus Turneb. lib. 6. Advers. cap. 20. Ut ut sit quoties Poëtę mentionem faciunt theatri, aut circi & plausus in eo, toties ferè resonantię meminisse solent. Horat. lib. 1. Od. 20.

datus

——— *datus in theatro*
Cùm tibi plausus ,
Chare Mecœnas, eques : ut paterni
Fluminis ripæ, simul & jocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Et magnificè Claudianus de VI. Consulatu Honorii:

O quantum populo secreti numinis addit
Imperii præsens species, quantamque rependit
Majestas alterna vicem, cùm regia, circi,
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus,
Consensuque cava sublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor, unaque totis
Intonat Augustum septenis arcibus Echo.

In animo habuit poëta vallem Circo vicinam, quę vocem non tantùm intendere, sed etiam remittere solet. Rectè Plin. 2. Nat. Hist. cap. 44. *Montium verò flexus, crebrique vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros juga, concavi vallium sinus, scindunt inæqualiter inde resultantem aëra, quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit.* Cicero quoque eò respexisse videtur in epistola quadam ad Q. Fratrem, cum de Asia, cui præerat haut secus ac de theatro loqueretur, quæ Romam usque ejus laudes deferebat. *Natura autem*, inquit, *ita resonans, ut usque Romam significationes, vocesque referantur.* Adeundus P. Victorius lib. 10. Var. Lect. cap. 7. Et hæc quidem inter Romanos. Apud Græcos longè celeberrima fuit porticus heptaphonos de qua Plin. lib. 36. cap. 50. *Olympiæ*, inquit, *Echo evenit arte mirabili in porticu, quam oppidani heptaphonon appellant, quoniam septies eadem vox redditur.* Eam in animo habuisse putatur Lucretius lib. 4. cum caneret:

Sex etiam, septem loca vidi reddere voces,
Unam cum jaceres.

Ni velimus dicere eum allusisse ad Cyzici turres, de quibus capite superiore. Admirandę etiam, sed ab arte factæ Echus meminit,

meminit, Georgius Codinus ἐν παρεκβολαῖς περὶ τῶν πατρίων τῆς κωνσταντινουπόλεως: quas primus edidit Nobiliss. Georgius Dousa, non tantū peplo, sed & longiore vitâ, si supremo ejus moderatori visum fuisset, dignissimus. Sic autem ibi legitur Latinè. (Græca enim verba exhibere non possum defectu typorum.) *Byzas in extremitate maris Bosporii urbem descripsit, & Neptuno Apollineque, ut ajunt, juvantibus, melius, quàm quis commemorare possit, mœnia restauravit. Septem in ea turres ita coaptavit, ut loqui inter se, & responsare viderentur. Si enim tuba, aut alius aliquis sonitus turres percuteret, una alteri sonum transmittebat, donec ad illam perveniret, quæ extrema erat.* Divina etenim hujus Dædali manus fuit! Sed in perpetuo motu ars est: & per quotidiana incrementa ad miracula surgit, dum posterior ætas, semper priorem arguere & superare laborat. Liquet vel in his solis. Quæ initio facilis putabatur industria, paulatim prætergressa est naturæ ludibundę mysteria. Etenim quis unquam inter avios mōtes, aut densas sylvas, aut prope atenaceos colles, in ejusmodi locum incidit, qui occultaret vocem proximo & deferret alteri procul admodū; sed è regione consistenti. Et tamen hæc humana solertia excogitavit? Celebre præ cæteris, hoc artificio est Palatiū Mantuæ, THE vulgo dictum. De quo ex re est audire Stephanum Pichium in Hercule Prodicio pag. 306. ubi in Mantua lustrata à Carolo, Principe Cliviensis Iuventutis (heu breves orbis delicias!) ita inter alia de eo scribit: *Hinc pergit ad ornatissimam suburbanam villā, quam Teiam, ni fallor, vulgò vocant; à primo Duce Mantuanorum Frederico, quem Carolus V. Augustus inauguraverat, sumptuosè constructam. Vidit amœnissimum illius loci tractum, vineas, & hortos excultissimos: ac denique prætorium amplissimum: in quo præter picturas, icones stationes, ornamentaq; cætera exquisita, fuit admirationi peramplum concameratum atrium, in cujus cœlo Jovis & Deorum adversus Gigantes, prælia, figuris fere colosseis summo cum artificio erant depicta. Ubi insuper Echo tacitè, ac submissè loquentium verba*
in

in parietum angulis ita plenè, ut intelligi possint, reddit auscultantibus, & aurem adverso parieti applicantibus, per passus plus minus viginti. Similis Echus in descriptione Monspelii meminit Golnitzius. *Fornicem*, inquit, *ibi notabis, in cujus angulo si vel mussitandò quid effers, id alter in altero angulo opposito distincte percipit, clam aliis in medio stantibus, & nihil audientibus.* Si eidem credimus, tale quid *Heydelbergæ etiam in majori arcis atrio forma rotunda structo*, invenitur. Admiranda hæc sunt & digna Vitruvii alicujus examine & stylo. Quam putabimus esse causam? Num convexitatem, quæ ita constringit Echo, ut tantum ad oppositos angulos repere possit? An verò occulta foramina, latentesque tubos? An totam molem, & fundamentum ejusmodi locorum? Ἐπέχω. Inquirant qui in Architectonica colorem duxere. Desino jam mirari hydraulica organa, quæ in hortis Tiburtinis Cardinalium Atestinorum Romæ conspiciuntur, de quibus utile est videre Foliettę descriptionem: nec stupendum videtur quod in Theatro Vrbium lib. 5. legitur: *Mirandam*, inquit author, *Echo artifices in primo aditu arcis Nonesach Angliæ excitarunt. Talem enim fornicum & testudinum concavitatem artis industriâ fecerunt, ut voces, & tubarum clangores editi, non semel sed quartò & quintò eandem vocem crepitãdo resonent.* Dubito an veteribus etiã hæc artificia fuerint nota. Studiosè inquirenti nihil occurrit. Ἠχεῖα, quorum & ante ex Vitruvio facta fuit mentio, in frequenti usu fuisse videntur. Erant autem non tam instrumenta musica resonantia: quàm quod in iis resonantiam efficiebat. Unde & Iulius Pollux l. 4. Onomast. cap. 9. inter partes κρουομένων ὀργάνων enumerat. Hesych. Ἠχεῖον τὸ χαλκὸν, οἱ δὲ μυστικόν. τὸ περὶ τῇ μαγάδι χάλκωμα. Nisi statuere quis velit ἠχεῖον tintinnabulum, aut nolam fuisse ut innuere quoq; videtur Apollodorus in libro, quem de Diis conscripsit χάλκιον vocat Theocritus Idyll. 2. τὸ χάλκιον ὡς τάχος ἄχει. Videnda ibi scholia.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

Echo sæpe metum incutit.

GRęculus sannio Lucianus, in Dialogo περὶ τ̃ οἴκου, fals
ridet vulgus quod putat Echum παρθένον τινὰ εἶναι τὴν ἀμειβομένην τοὺς ᾄδοντας ἢ βοῶντας, ἐν μέσοις τοῖς κρημνοῖς κατοικοῦσαν, καὶ λαλοῦσαν ἐκ τ̃ τελευταίου ἐπιλαβοῦσαν. Fabula quipp est, ipsis etiam pueris ridicula. Et tamen quod miretur quis hæ Lamiæ turres ignaris arcanorum naturæ, non metum tantum incusserunt, sed sæpe etiam grandem cladem intulerunt. Nullus ita in historiis hospes est, ut ignoret cum clamore consuevisse antiquitus militem, hostem suum aggredi. Pleni exemplorum Iustinus, Curtius, Livius, Plutarchus, Frontinus, Polyænus, aliique sunt. Ideo & antiquus militaris fortitudinis æstimator Cato, ut ex Plutarcho constat, inter reliquas sui militis notas *vocem clamosam*, cōsiderasse videtur. Nō enim quem sacramento rogabat, nisi qui esset τῷ τόνῳ φωνῆς φοβερὸς, Quid mirum verò, si vox scopulis, montibus, & sylvis conclusa, & propterea geminata, aut triplicata, metum, & horrorem imperitorum animis incutiat, cum clamor percellere possit. Ignota lunaris defectus causa, trepidare fecit Macedones, ac Æmylio Paulo viam ad victoriam stravit, teste Plut. in Æmyl. Paulo. Insolita, & ignota quæque terribilia sunt: latentiaque naturę miracula stuporem incutiunt horridis, & incultis ingeniis. At quid commodius in hoc genere ad percellendum, quàm Echo? Scivit illud Pan, de quo elegās fabella apud Polyænū l. 1. Stratag. occurrit. *Cùm*, inquit, *Baccho in concavo specu nunciassent speculatores, infinitas hostium copias, in ulteriore parte castra metari, metus Bacchum incessit, non item verò Pana: noctu Bacchico exercitui signum dedit, ut maximum, & inconditum clamorem tolleret. His verò clamantibus,* pe-

bu
jor
riti
bu
Ar
I. C
col
loq

Vid
pol
cit
que

Sed
nus
ſtor
ſpeč
incon
cedoi
ſtiſq
traq
runt
pes i
& ſi
tibus
reſon
admi
36.
bilem
tis loc
in ma
ita en

bus; petræ sonum exceptum referebant, & cavitas saltus longè majorum copiarum fremitum hostibus reddebat. Quarè metu perterriti se in fugam conjecerunt. Postea subjicit originem hinc habuisse Panicos terrores, quod & annotavit Theon antiquus Arati Scholiastes. Insigni quoque emblemate hoc expressit I. C.torum ingeniosissimus Alciatus. Pana cum cornu inter colles, montes & lucos collocat, atque insequenti disticho loquentem introducit:

Effuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Videre ex re est, quæ de hisce pavoribus collegit Italorum politissimus Politianus Miscell. cap. 28. Eos, ni fallor, respicit etiam Euripides, sive quicunque author Rhesi est, in sequenti versiculo:

Ἀλλ' ἢ κρονίου πανὸς τρομερᾷ μάστιγι φοβῇ.

Sed hoc in transitu. Ne quis vero rideat quod de Pane Polyænus narrat, & explodendum putet quia fabula est; en ex historicis probæ notę similia exempla. Curt. lib. 3. *Iam in conspectu, sed extra teli jactum utraque acies erat, cùm priores Persæ inconditum, & trucem sustulere clamorem. Redditur & à Macedonibus major, exercitus impar numero, sed jugis montium, vastisque saltibus repercussus, quippe semper circumjecta nemora, petræque, quantamcunque accepêre vocem, multiplicato sono referunt.* Trogi Abbreviator Iustinus lib. 24. *Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem & hominum clamor, & si quando accedit tubarum sonus, personantibus, & respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quàm editur, resonare solet. Qua res majorem majestatis terrorem ignaris rei, & admirationem stupentibus plerunque affert.* Dion. Cassius lib. 36. *Montes circum cavi acceptum sonitum, quàm maximè terribilem reddidêrunt: quem ut Barbari nocturnum in desertis locis accepere, vehementer animo dejecti sunt; se divinitus in malum incidisse rati.* Non ignoravit hæc mysteria Livius, ita enim lib. 21. *Equi maximè infestum agmen faciebant, qui &*

clamoribus dissonis, quos nemora etiam, repercußæque valles augebant, territi trepidabant. Nec aliter etiam Taciti illa accipienda, ex Annali primo: *Nox per diversa inquies, cum Barbari festis epulis, læto cantu, aut truci sono subjecta vallium, ac resultantis saltus complerent.* Huc referenda etiam historia quam refert Pausanias in Atticis libr. 1. *Cùm Persa, vexato excursionibus Megarico agro, se Thebas ad Mardonium ducem suum reciperent, obortis repente Dianæ numine tenebris, per errorem viarum ad montanam regionis partem deflexerunt: ibi objectâ hostilis agminis specie, sagittas miserunt; ad quarum ictus cùm proxima saxa, tanquam gemitus imaginem redderent, homines eße qui ex vulneribus gemerent opinantes, non antè jaculari desierunt, quàm omnes sagitta, profudissent.* Præ aliis verò longè jucundissima est narratiuncula, quæ occurrit apud medicum, & philosophum eximium Hieronymum Cardanum lib. 18. de Mirabilibus, quam non possum non ejus verbis referre: *Quidam,* inquit, *amicus noster cùm iter ageret juxta flumen, nec vadum sciret, exclamare cœpit, oh? Forsan Echo ibi aderat, audit oh. Ille existimans hominem esse, interrogat, ubi locus est, quò possit transire? audit, transire. Sed melius linguâ Italica res respondet, unde debo paßà?* Paßà? *Tum ille, qui, qui, id est, hic: hic. A' ibi gurges erat, & aquæ mirum in modum strepebant: unde ille territus iterum interrogat Italicè, Debo passà qui? Echo respondet, Passà qui. Cùm sæpius interrogaret, his verbis illa respondebat. Positus amicus inter metum, & necessitatem, ac admirationem, cùm iter facere cogeretur, & nox obscura esset, illũ ut rebatur suadentem transire, audiret, quà maximè fluctuabat torrens, non animadvertens ex accentu Echo esse: nam cùm diceret, Debo passà, accentu gravi profertur: si homo respondisset, acuto cum accentu respondisset sic, Passa: sed Echo, ut erat, gravi referebat quod acceperat. Unde cùm nox intempesta esset, revertitur Augustinus Lavizarius Comensis, hoc enim illi nomen, hæc patria amico nostro fuit, qui à secretis erat Principis, & à libellis senatus. Cùm verò post aliquot dies mihi adolescenti narraret se ferè à dæmone*

mone in torrentem persuasione præcipitatum: ego diligentius modum inquirere cœpi, agnoscens hominis synceritatem, & integritatem: tandem deprehendi Echo fuisse, à qua inter æstus multos animi, magno cum periculo fuisset deceptus. Hactenus Cardanus. Melius etenim Italo huic successerunt Echus responsa, quàm Hispano equiti, de quo Elias Vinetus ad Ausonium: non tantùm enim deceptus ab inani sono, aquas intravit, sed in iis etiam periit. Quod mirandum autem; pecudes quoque occultis Echus colloquiis, ac sibilis terrentur. Cornutus cap. 27. *Sunt*, inquit, *Panici quidam terrores repentini, & sine ratione. Sic & pecudes, ac greges terrentur à strepitu quodam quem percipiunt ex sylvis, antris, aut aliis sinuosis locis.* Ideo fortè resonare, & tumultuari Græci unâ eâdemque voce exprimere voluerunt. Suidas: Ἠχητικόν, θορυβητικόν. Nec est quòd quis rideat Panicos hos terrores, & uni ignaviæ imputet. Divini quid in iis est, vel Pindaro teste, qui eos δαιμονίους vocavit. Unde & ipsi Heroes ab iis percelluntur, si eidem fides deferenda. Sic enim Nem. Od. IX.

—— ἐν γὰρ
δαιμονίοισι φόβοις,
φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν.

CAPVT SEPTIMVM.

Viginti problemata, quibus omnia, quæ circa Echo admiranda sunt, proponuntur, & explicantur.

NEquid effugeret curiositatem nostram, aut molestias crearet Lectorum animis, in hoc caput rejicere voluimus, quicquid amplius de Echone aut quæri, aut dici posset.

I. Sciſcitantur curioſa ingenia ex quibus notis probetur & commendetur ea? Videntur tria in ea ſpectanda eſſe. 1. An ſubitò reſpondeat. 2. An diſtinctè, & articularè longam verborem ſeriem referat. 3. An eadem ſæpius, remittente paulatim ſono. II. Cur extrema tantum orationis repetit? An quia aër repercuſſus eundo, & redeundo fit imbecillior. An verò quia voces concluſæ corpore concavo, properant inde exire & ſe invicem premunt, poſterioreſque priores obtundunt, ut extrema tantum aut poſteriores ejusſyllabę diſtinctè audiantur. An potius quia priores voces quæ ex loco concavo quia exitum non inveniunt, properant redire, ſuo impulſu poſtremã vocẽ, aut ſyllabam repellunt, quę quia non eſt confuſa, ſed tantùm remittitur, ſola etiam perfectè ſonat. III. Cur in quibuſdam locis non ſemel tantùm, ſed ſępius eadem vox repetitur? An quia voces quæ per circulos inſtar aquæ ſe diſpergunt, plura concava loca inveniunt, quæ ſubeunt, & unde remittuntur. An quia vox repercuſſa in alia mox loca incidit, à quibus ſimiliter repercutitur: & ideo paulatim fit larguidior, quia motus etiam aëris langueſcit. IV. Cur qui Echo vult percipere, non debet vicinus nimis eſſe loco ex quo redditur? An quia vox tam celeriter currit, & recurtit, ut oomnia obſcurentur & turbentur. An quia vox redire non poteſt per lineam rectam. V. Cur poëtæ fingunt mœrentibus, ac plangentibus Echo reſpondere? Sophocles Philoct.

—βάρει
α, δ' ἀθυρόστομος
Αχὼ, τηλεφανὴς, πικρᾶς
Οιμωγᾶς ὑπόκειται.

Seneca Troade;

——habitanſque cavis
Montibus Echo, non (ut ſolita eſt)
Extrema, brevis verba remittat,
Totos reddat Troia gemitus.

Ovid.

Ovid.3. Metam.

——— *plangentibus aſſonat Echo.*

Obſervavit etiam eruditiſſimus ſcriptor Apuleius, ita enim l. 5. de Aſino aureo: *Sorores percontata ſcopulum, locumq́ illum quo fuerat Pſyche deſerta, feſtinantes adveniunt, ibique deflebant oculos, & plangebant ubera: quoad crebris earum ejulatibus ſaxa, canteſque parilem ſonum reſultarent.* An quia lugentes loca ſola quærunt, & montes, ſylvas, ac ſaxa pererrant in quibus Echo habitare ſolet. An quia lento vocis tractu querelas, & leſſum edunt, ut faciliùs, & diſtinctiùs iis Echo reſpondere poſſit. VI. Cur apes ea loca fugiunt, circa quæ auditur Echo? Verum hoc eſſe teſtantur omnes Rei Ruſticę ſcriptores. Varro lib.3.cap,16. Pallad.lib.3.cap. 37. Columella lib.9.cap.5. Item Maro 4. Georg.

——— *aut ubi concava pulſu*
Saxa ſonant: vociſque offenſa reſultat imago.

An quia terrentur. An quia plerumque ea loca florum ſunt ſterilia, ut montes, valles, rupes, &c. An quia bombi reſonant, fucos eſſe exiſtimant, quos quia non deprehendunt horrent. VII. Cur commodiſſimè Echo reſonat cœlo liquido,

Nubila cùm ceſſant longo depulſa ſereno?

An quia aër fęculentus, & craſſus obeſt celeri vocis meatui: aut quia vapores terræ vicini, eam repercutiunt, & ſolitam reſonantiam turbant, & offuſcant. Eſt autem ſiccitas ſono idem, quod lumini, & imaginibus, ſpecuorum nitor. VIII. Cur in loco undique concluſo non auditur Echo? An quia aër motus confunditur; & quia non ſubit concavitatem aliquam, ſed in ea eſt: nec ex ea remittitur, ſed per eam diffunditur, & quidem ſecundum omnes ſui partes. IX. Quomodo fieri poſſit ut integri verſus remittantur? Si in locis quæ penetrat vox tam commoda ſit concavitas, ut ſimul ac miſſa eſt, eam remittat. Aut ſi ſonus incidat in loca, quæ ſecundum orificium lata ſunt, habent autem rimas ordine collocatas, quas ſi ſingulæ voces intrent, ordine etiã

ex iis redibunt. x. Cur optima, & perfectissima vocis repercussio plerumque fieri solet apud rudera templorum, aut parietum? Testatur Cardan. lib. 18. de Mirab. An quia ibi major est siccitas, ut vult Cardanus. Aut potius quia aër qui in iis continetur tympani imaginem refert. xi. Cur quandocunque sonat Echo, præter ultimam vocem quæ perfectè auditur, ampliùs murmur aliquod percipitur? An quia reliquæ voces nimiâ celeritate se confundunt. An quia vox quæ repercutitur, in alia loca incidit, à quibus imperfectè & tantùm cum strepitu remittitur. xii. An rectè Magiæ consulti, qui per figuras, & numeros morbis mederi student, similitudine ab Echone desumptâ, deliriis suis patrocinantur? Videatur Delrio lib. 1. Disq. Magic. cap. 3. quæst. 1. Minimè. Echo multa realia entia habet, quæ in numeris, & characteribus etiam si laternam accendas, frustra tamen quæras. Sunt ibi paries, aut mons, aut aliud quid, homo loquens, vox repercussa: & tamen inter hæc nulla intercedit similitudo, aut vicinitas. Quanto minus ergo inter absonas figuras, numeros, voces, & morbos. xiii. Cur Virgilius in elegantissimo poêmate, quod Culex inscribitur, dixit;

——— *sonitus alit aëris Echo.*

An quia aër repercussus, & rediens ex loco concavo, iterum aëra ferit, & sic sonum multiplicat. An quia Echo nihil aliud est quàm soni, secundum aliquas sui partes, continuatio. xiv. Quomodo Ausonius Idyll. ix. in versibus supra citatis dicere potuit;

——— *mediis concurrit fluctibus Echo.*

An quia vox inter fluctus intercepta, inde cum murmure reboante resiliebat. An quia vox ad littora allisa, redibat & cum murmure inter fluctus recipiebatur. An denique quia ex collisione fluctuum sonus exoriebatur, qui ad littora delatus resonabat. Videtur hoc proximè ad mentem poëtę accedere. xv. Quid putandum de narratiuncula, quæ occurrit libro secundo Balthasaris dicti del Corregiano. Quâ refert

quòd

quòd aliquando in finibus Moſcoviæ, & Poloniȩ ad flumen Boryſthenem mercatores convenerint, ex utraque ripa col-locuturi, ſe invicem autem non intellexerint, quoniam ob frigoris aſperitatem verba congelabantur, & ad ripas perve-nire non poterant: poſtea autem diſſolutâ glacie pro modo ſo-lutionis, verborum ſonos auditos fuiſſe? Fabella eſt, cujus commatis & pleræque ejus authoris hiſtoriolȩ ſunt. Damus libenter vocis principia corporea eſſe, imo ſupra probavimus eam plus quàm ſpeciem eſſe. Nec difficulter fatemur ſuo modo eam ſtipari, & rarefieri, juxta oraculum Maronis:

——cùm Iupiter humidus auſtris
Denſat, erant, quæ rara modò, quæ denſa relaxat.

Non tamen aut aqueam, aut mixtam ex elementis illam ſtatuere ſuſtinemus. Nec quoque reſonantia eſſe potuit? antè enim ipſæ voces fuiſſent perceptæ. Sequela tantum vocis, aut verius, veſtigium imago eſt. XVI. Captatur ſæpe Echo, & ſtudiosè grandi ære paratur: ſunt tamen loca in quibus moleſta putatur. Ut gymnaſia, fana, ſacella, tribunalia &c. Quomodo autem fugabimus injucundum ejus ſtrepitum? Multis modis. Si in auditoriis turbet docentes, ex re erit au-læis parietes velare, aut ſi hoc ſumptuoſum nimis videatur, ſaltem iis cathedram amicire. Sic enim volens, nolens refrȩ-natur. Si altitudo putetur eam detinere, tabulato inferiori excludenda erit: aut per foramen unum, alterumve in ſupre-ma contignatione factum. Pari ferè ratione conſuletur tem-plis, curiis, baſilicis, ſimilibuſque locis. XVII. Cur Arabius Scholaſticus ἄστατον, ſive *inſtabilem* Echo vocavit. An quia a-mor ejus vagus fuiſſe, à poëtis fingitur. An potius quia non æque clarè, dilucidè, ac perfectè voces, & ſonos ſēper reddit. Variant eam variæ aëris conſtitutiones, venti, tempeſtates, & quid non? Sciunt hoc, qui animi cauſa, cum ea loqui con-ſueverunt. Imo exigua ſtatus variatio, eam aut turbat, aut mutat. XVIII. Cur turres, in quibus ſuſpenſȩ ſunt campa-næ, ut plurimùm vacuis pyramidibus, & metis lateritiis quaſi

 ſuper-

ſuperimpoſitis teguntur? An ut ſonus deorſum propulſetur, & ſic augeatur. An potius ut ſonus uniformis, per repercuſſionem intendatur. Videtur hoc proximè ad veritatem accedere. Sanè murmur cum reſonantiâ undique audis, ſi in turri conſiſtas, quando campanæ pulſantur. Quid quòd ex turribus opertioribus ſonitus æramentorum, longiùs quoque emanant. XIX. Cur in templis quorum ſublimia ſunt lacunaria, raræ ſonant imagines? An quia ſonus, antequam eò pervenit, jam fractus, & diffuſus eſt. An quia, ut vult Cardanus, deſcendere debet, ut audiatur reſonantia. An potiùs quia ſonus terrę vicinus per vapores eam ambientes veluti conſtringitur, ut non poſſit non reſonare loco idoneo occurrente. Etenim aëris defæcata limpiditas, aut fæculenta humiditas plurimùm facit ad ſoni, & conſequenter etiam Echus, intentionem ant remiſſionem. In altis turribus facilius vox diſpergitur, quàm in plana terræ ſuperficie. Non enim tantum ibi remoræ à vaporibus, & fumis. XX. An rectè exiſtimat Cardanus ſonum deſcendere debere, ut eum reſonantia ſequatur? Omnino. Si enim aſcenderet, diſſiparetur. Sed hoc maximè ejus generationi adverſatur. Non falli autem Cardanum liquet ex vallibus, porticibus, templorum ruderibus, ſimilibuſque depreſſioribus locis, in quibus ut plurimùm abſolutiſſimæ imagines ſtabulantur.

CAPVT OCTAVVM.

Complectens miſcellanea Philologica ad Echo pertinentia.

NEſcio, an ex re ſit, (quia per vulgatum,) monere à Latinis Echo *imaginem* vocari.

Valer. Flaccus lib. 3. Argonaut.

Reſponſant. ſylvæ, & vaga certat imago.

Teſtimo-

Teſtimonia plura in re clara non adduco. Reſpicit eo Tullius lib. 3. Tuſcul. Quæſt. ubi de gloria loquens: *Ea*, inquit, *virtuti reſonat ut imago*. Significare vult eam virtutis comitem eſſe. Cum enim ut ibidem innuit, gloria *ſit conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute*: aptè cum Echone confertur: ut enim hæc voci, velut appendix adhæret, ita illa virtuti & bene factis. Egregiè idem Cic. Orat. pro P. Sextio. *Qui bonam famam bonorum, quæ ſola verè gloria nominari poteſt, expetunt, aliis otium quærere debent, & voluptates: non ſibi, ſudandum eſt his pro communibus commodis, adeunda inimicitia, ſubeundæ ſæpe pro rep. tempeſtates: cum multis audacibus improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum*. Videatur amplius Torrent. ad Horat. l. 1. od. 12. Turneb. lib. 2. Adverſ. cap. 6. Sed an ſatis commodè Echo imago dicitur? Sanè quid amplius eſt, quàm nuda ſpecies, imago, & ſimulachrum, ut ſupra probavimus. Non tamen incommodè ſic vocatur. in voce quæ redditur expreſſa forma, & effigies eſt, ac proinde etiam imago, vocis initio miſſæ. Cælius Sympoſius ænigmatographus, obſcurioribus quidem, lineamentis, eruditis tamen, & ſcitis Echus effigiem expreſſit, in ſequenti grypho:

Virgo modeſta ſacri legem bene ſervo pudoris,
Ultro nolo loqui, ſed do reſponſa loquenti,
Ore procax non ſum, nec ſum temeraria linguâ.

Virgo. Nympha enim ac Muſarum ſocia eſt. inde & Varro Pieridum comitem vocavit. Et Nonnus κούρην ὑστερόφωνον. *Ultro nolo loqui* &c. Phyſicum hoc æque ac Ethicum eſt: virginali pudori convenit ſilentium, nec fas ei loqui, niſi urgente neceſſitate. Præclare ad hanc mentem Ambroſ. lib. 3. de Virgin. *Deeſſe ſermonem virgini, quam ſupereſſe malo, nam ſi mulieres etiam de rebus divinis in Eccleſia jubentur tacere, & domi viros ſuos interrogare: de virginibus quid cautum eſſe putamus? In quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commendat pudorem*. Echo ſibi imaginabatur Chriſtianus poëta

 Pruden-

Prudentius cùm caneret:

Iam mihi per rupes videor, lucosque sonantes
Ire. ———

Ideo scilicet sonantes luci sunt, quia vocem auctiorem reddunt. Felices sunt Græci in efformandis vocabulis, felices quoque in adumbrandis rebus quas ea signant. Evodum non semel admiratus sum. Cum vellet coloribus suis exprimere invisibilem Echo, lib. 4. Ἀνθολ. cap. 10. vocavit:

——— μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν.

Eleganter oppido. Omnium verò venustissimè Ausonius, de eadem:

Aëris & linguæ sum filia ———

Linguæ: quia illa est instrumentum vocis. *Aëris*: quia, ut antè ostendimus, non fit Echo, nisi aër motus, inter loca concava ita concludatur, ut nullo invento exitu, eò unde venit, redire cogatur. *Filia.* Superat hoc omnes Gratias. Aêr & lingua velut parentes, progenerant Echo. Lingua vice patris, aër vice matris est: patitur quippe, & recipit impressiones à linguâ factas. Argutè Sen. l. 1. Nat. Quæst. cap. 6. *Quid enim est vox, nisi intensio aëris, ut audiatur, linguæ formata percussu? Linguæ filia* dicitur. Totum hoc imitatione Hebræorum. Echo illi vocant בת קול *Bath kol*, id est filia vocis. Sic enim suum בן & בת usurpare solent. Ita Levitic. cap. 8. v. 2. occurrit בן שמן *filius olei* pro oleo. Et apud Rabbinos utramque paginam facit בן קשת *filius arcus*, pro sagitta. Imitati sunt in multis Græci. Sic Aristophan. Βατράχ. λιμναῖα κρηνῶν τέκνα, hoc est, *limi filias*, ranas vocat. Et eleganter Pindarus Olymp. od. 11.

Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλεῖστα
Χρῆσις, ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων
Ὀμβρίων παίδων νεφέλας.

A Græ-

A Græcis acceperunt Latini, Horatius, Tibullus, aliique quorum teſtimonia non adduco: quia non commentarios, ſed adverſaria ſcribo. Non minùs eleganter Latini Echo *Reſonam* vocarunt. Gloſſæ, *Reſona* ἠχώ. Proprium enim ei eſt reſonare. Varro lib. 3. de re Ruſt. cap. 16. *Mellaria fieri debent ſecundum villam, potiſſimùm ubi non reſonent imagines.* Hinc & Auſonius *reſonabilem* dixit.

Epigramm. 97.

Commoritur Narciſſe tibi reſonabilis Echo.

Dubito an non eò reſpexerit Flaccus lib. 1. od. 7.

Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Quàm domus Albuneæ reſonantis.

Reparabilis vocatur Echo à Perſio ſat. 1.

———*Reparabilis adſonat Echo,*

Reparatur enim repercutiturque ſonus, & velut recuditur. *Ventoſam* eam dixit Calpurnius Ecloga IV.

———*certè mea carmina nemo*
Præter quam his ſcopulis ventoſa remurmurat Echo.

Ventus ſonum defert: nec tantùm eum defert, ſed etiam inter ſaxa, & ſcopulos excitat. Nam mugiunt & reſonant, illo flante. Apollonius in calce lib. 2. Argonaut. venuſtè dicit:

———ἔκτυπε αἰθὴρ ——— οἰμωγῇ.

Queruli enim, ut ſupra notabamus, non ſolùm aëra ululatu miſcent, ſed ſimul imagines cum aëre ſollicitant. Ejulatu autem complebat, & reſonare faciebat Æthera Prometheus, de quo ibi Rhodius. Scivit hoc etiam poëſios parens Homerus, ita enim Odyſſ. 1. de Cyclope:

Σμερδαλέον δὲ μέγ᾽ ᾤμωξε, περὶ δ᾽ ἴαχε πέτρη.

Egregiè etiam Pindarus Olymp. od. 14. ἠχὼ ἀϋτὶ ῥήματος dixit:

μελαν-

—μελαντειχέα δόμον
Φερσεφόνας ἴθι Ἀχοῖ,
πατρὶ κλυτὰν, φέροισ᾽, ἀγ-
γελίαν.

Ad Inferos jubetur descendere Echo, aut fama, & Cleodamo per Elysios campos spatianti nunciare, filium in primævo adolescentiæ flore Olympia vicisse. Ideo autem composito jam parenti nunciari vult filii virtutem, & victoriam Lyricorum mellitissimus, quia ut canit Olymp. od. 8.

ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος
κἄννομον ἐρδομένων.
κατακρύπτει δ᾽ οὐ κόνις
συγγόνων κεδνὰν χάριν.

Echo soboles soni, & vocis est. Ubi nec vox, nec sonus auditur, muta quoque Echo est. Repetit enim & recinit tantùm voces, psittacorum instar. Sciverunt hoc omnis eruditionis magistri poëtæ. Nunquam Echus meminerunt, aut simul etiam vocis, & ejus, de qua loquimur, repetitionis. Maro lib. 4. Georg.

——*vocisque offensa resultat imago.*

Horat. l. 1. od. 12.

——*Cujus recinet jocosa*
Nomen imago.

Omnium venustissimè Lucretius lib. 4.

Pars solidis adlisa locis, rejecta sonorem
Reddit, & interdum frustratur imagine verbi.

Echo dicit frustratur imagine verbi: repræsentat enim velut in speculo, & quasi picta loquentis verba. M. Tullius Cicero in oratione, quæ est pro Archia poëta, ad benevolentiam

tiam & gratiam poëſi conciliandam inter alia inquit: *Saxa, & ſolitudines voce reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur, atque conſiſtunt: nos inſcripti rebus optimis non poëtarum voce moveamur?* Quid illud, quòd ſaxa, & ſollitudines loquaces, & canoras reddit? nil niſi Echo. Ea in petris, lucis, ac nemoribus conſidet: eaque animat, ac loqui facit. Lucret.

Saxa pares formas verborum ex ordine reddunt.

Paulò copioſius Auſon. epiſt. 25.

Reſpondent, & ſaxa homini; percuſſus ab antris
Sermo redit, redit & nemorum vocalis imago;
Littorei clamant ſcopuli, dant murmura rivi.

Marſilius Ficinus, & Lilius Gyraldus, inter Pythagoræ ſymbola quæ magna diligentia collegerunt, etiam hoc referunt: *Flantibus ventis, Echo adora.* Cujus a. antiqui ſcriptoris fide, ipſi neſciunt. Si conjecturæ locus, dicerem Ficinũ ex manuſcripto authore Græco, & fortè ipſo Iamblicho, cujus mentem haud ſatis aſſecutus fuit, illud hauſiſſe, ac Gyraldo aliiſque, qui eum ſecuti ſunt, errandi occaſionem præbuiſſe. ἠχὼ non tantùm illam imaginem, de qua noſtra inſtituta eſt diſſertatio, ſed quemvis ſonum notat. Gloſſ ἠχὼ *ſonus.* Ambiguitas hæc impoſuit Ficino, omnibuſque aliis. Ut hoc credam, ſuadet ipſe Iamblichus, apud quem in enarratione ſymbolorum Pythagorę ſequentia leguntur. τὸ δὲ, ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ προσκύνει, καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα· αἰνίττεται γὰρ, ὡς δεῖ τῶν θείων οὐσιῶν, καὶ δυνάμεων τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν. hoc eſt. Interprete doctiſſ. Arcerio; *Illud verò*, Ventis ſpirantibus ſonum adora, *divina quoque ſapientiæ argumentum, ſignumque eſt. Quippe innuit quemadmodum oporteat amare, & diligere divinarum naturarum, & potentiarum ſimilitudinem.* Scripſeram jam hæc, & caſu, dum aliud quæro, eadem pene apud Eugubinum Steuchum in libris qui inſcribuntur de Perenni Philoſophia lib. 8. cap. 22. invenio. Sed num Iamblichus, in interpretando hoc ſymbolo ſatis τοῦ θείου Πυθαγόρου mentem aſſecutus fuit? Non etenim videtur,

videtur, ut pluribus diſputo in tractatu jam affecto de Vita, ſcitis, & dogmatis Pythagoræ, quem amuſſi doctiorum offeram, ſimul ac conatus noſtri erga literariam remp. aut patronum, aut præſidium invenerint. Umbræ, aut ſpectro ſimilis videtur Echo. Auditur enim, & non videtur. Animadvertit hoc Iamblichus in incomparabili ac verè divino, προτρεπτικῷ λόγῳ cap. 15. ubi ita; τί δ' εἰ καὶ ἠχὼ τὸ δεσμωτήριον ἐκ τοῦ κατ' ἀντικρὺ ἔχοι, ὁπότε τις τῶν παριόντων φθέγξαιτο· οἴει ἂν ἄλλο τι αὐτοὺς ἡγεῖσθαι τὸ φθεγγόμενον, ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν; οὐδὲ ἄλλο. hoc eſt, *At enim quid ſi ex adverſa parte carcerem Echo?, & repercuſſus ſonus compleret, quum prætereuntium aliquis locutus foret, putaſne aliud aliquid eos exiſtimare, quàm umbram pertranſeuntem eſſe, quæ loquatur? nihil aliud.* Nihilominus apud Dodonides ſtatuam habuit Echo, ut ex Philoſtrato primùm didici lib. 2. Iconum in calce, ubi de Dodone, ejuſque ſacerdotibus agens, quæ ſequuntur, verbis non ſuis, ſed Interpretis refert. *Ænea in ipſo Echo colitur, quam (ut puto) ori manum apponentem cernis: quandoquidem ahenum Iovi in Dodone dicatum erat, ad multum diei reſonans, & donec id apprehenderet quiſpiam, minimè ſilens.* Si non fallit in his Lemnius ſcriptor, ut ſæpe ſolet, ſane vacillat Auſonii fides. Epigrammate enim, XI. Echo ita cum pictore expoſtulantem introducit.

Vane, quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotamq; oculis ſollicitare Deam?
Aëris, & linguæ ſum filia, mater inanis
Iudicij, vocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo,
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

CAPUT

CAPVT NONVM.

De Fabula Echus.

OMnis eruditionis, & ſapientię conſulti antiqui poëtæ, maximè Græci fuerunt, nec injuria privilegio quodam σοφοὶ & σοφισταὶ ſunt dicti, ut docet incomparabilis Caſaubonus Animadverſ. ad Athen. lib. 1. cap. 12. Nihil unquam enim tam abſtruſum in natura, aut utile in hac vita extitit, quod non ſciverint, & docuerint. Illi uni Philoſophi, Aſtronomi, Medici, Iuriſconſulti, Legiſlatores, Magiſtratus, & ut verbo dicam, omnia ſunt. Agriculturæ, rei publicæ, familiæ, navigationi & cui non vitæ generi præcepta darint. Vera & ſalutaris Pandoræ pyxis, eorum poëmata. Ex iis Theologia Gentilium, Iuriſprudentia, Medicina, Philoſophia, & quicquid extra has eruditionis humanioris in orbe terrarum, promanavit. Quod de Homero, verè de iis omnibus dici poteſt. Evomuerunt ex opulento pectore confertim quædam doctrinæ fragmenta, quæ poſtea certatim colligerunt, & digeſſerunt philoſophi, juriſconſulti & medici. Unum tantum in invidenda eorum opulentia deſiderabile: facilitas & perſpicuitas. Occultarunt ſuos theſauros, quia pretioſiſſima quæq; in occulto eſſe ſolent. In intimis terræ venis latitat aurum; teſtis, ſordibus, & limo occuluntur margaritæ, & gemmæ, inter durum corticem conſiſtit balſamum. Et ne per ſingula diſcurrendo, ſuſpenſum te, quiſquis hæc legis, teneam: abdita ſunt quæcunque præſtantia ſunt. Ipſa quoque mens tua, ratio, & virtus. Nam ſi in fronte hæc tantum geſtes, nauci te non putant omnes poëtę. Luſtrato quæſo agmen eorum. An non quotquot inter illos caput exeruerunt, tam honeſta amarunt & coluerunt quam aliis inculcarunt? Quia in occulto erāt optimi, occultare quo-

re quoque ſtuduerunt, quæ publicè docebant. Putabant quippe reverentię multum iis acceſſurum, ſi ipſa obſcuritate non legentes tantùm exercerent, ſed ſcrutantes quoq; fatigarent. Hæc fabularum occaſio, & ſcopus. Neque enim ſapientiæ antiſtites, vulgus à ſacris ſuis arcere ſtuduerunt, ſed religionem ei incutere, ut nunquam niſi lotis antè manibus, & purgata mente divina illa folia pervolitare præſumeret. Sed quorſùm hæc? Ut à nugis ad ſeria avocem animum lectoris. Propoſui hactenus gloſſaria, dein profuſurus oracula. Quid poëtę de reſonabili Imagine fuerint commenti fideliter ex eorum monumentis enarrabo hoc capite, quid ſub illo tegmine occultaverint, edocturus in ſequẽtibus. Nymphã fingunt fuiſſe Echo, & ſectatam diu Narciſſum, quo cum potiri non poſſet, contabuit, & in vocem mutata eſt. Lubet in gratiam lectoris fuſiùs Ovidii verſibus hoc explicare. Ita verò ille libro 3. Transformationis.

——enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem Nymphe, jam tunc qui poſſit amari:
Narciſſumque vocat. de quo conſultus an eſſet,
Tempora matura viſurus longa ſenecta
Fatidicus vates: ſi ſe non noverit, inquit.
Vana diu viſa eſt vox auguris: exitus illam
Reſque probat, lethique genus, novitaſque furoris.
Namque ter ad quinos unum Cephiſius annos
Addiderat; poteratque puer, juveniſque videri.
Multi illum juvenes, multæ petiere puellæ:
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma,
Nulli illum juvenes, nullæ tetigêre puellæ.
Aſpicit hunc trepidos agitantem in retia cervos
Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen uſum
Garrula non alium, quàm nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis ut verba noviſſima poſſet.

Fecerat hoc Iuno, quia cum deprendere posset
Sub Iove sæpe suo Nymphas in monte jacentes.
Illa Deam longo prudens sermone tenebat;
Dum fugerent Nymphæ. postquam hæc Saturnia sensit:
Hujus, ait lingua, quâ sum delusa potestas
Parva tibi dabitur, vocisque brevissimus usus:
Reque minas firmat, tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat voces: auditaque verba reportat.
Ergo ubi Narcissum per devia rura vagantem
Vidit; & incaluit; sequitur vestigia furtim.
Quoque magis sequitur; flammâ propiore calescit.
Non aliter quàm cum summis circumlita tædis
Admotas rapiunt vivacia sulfura flammas,
O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces! natura repugnat:
Nec sinit incipiat: sed quod sinit, illa parata est
Exspectare sonos; ad quos sua verba remittat.
Forte puer comitum seductus ab agmine fido
Dixerat, Ecquis adest? & adest, responderat Echo.
Hic stupet: utque aciem partes dimisit in omnes
Voce, veni, magnâ clamat: vocat illa vocantem,
Respicit: & rursus nullo veniente, quid, inquit,
Me fugis? & totidem quot dixit verba recepit,
Perstat: & alterna deceptus imagine vocis
Hoc coëamus, ait: nullique libentius unquam
Responsura sono, Coëamus, rettulit Echo.
Et verbis favet ipsa suis, egreßaque sylvâ
Ibat: ut injiceret sperato brachia collo.
Ille fugit: fugiensque manus complexibus aufert,
Ante, ait, emoriar, quàm sit tibi copia nostri.
Spreta latet silvis: pudibundaque frondibus ora
Protegit: & solis ex illo vivit in antris.
Sed tamen hæret amor, nescitque dolore repulsæ:
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ:

Adducitque cutem macies: & in aëra ſuccus
Corporis omnis abit: vox tantùm atque oſſa ſuperſunt.
Vox manet: oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram:
Inde latet ſilvis: nulloque in monte videtur;
Omnibus auditur: ſonus eſt, qui vivit in illa.

In hos Echus & Narciſſi amores eleganti Epigrammate luſit Auſonius;

Commoritur, Narciſſe, tibi reſonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos,
Et pereuntis adhuc gemitum proſecuta querelis,
Ultima nunc etiam verba loquentis amat.

Ut autem Narciſſus Echo, ita eam Pan arſit. Teſtibus non his tantùm ſublimioris ſapientiæ conſultis, ſed Macrobio quoque lib. 1. Saturnal. cap. 22. Lucianus in Epigrammate, cui titulum fecit Ἄγαλμα ἠχοῦς.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς φίλε Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀδομένην
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἄπιθι. hoc eſt;

In petris habitans Echo, ſum Panis amica
Et recino paribus verba reflexa modis
Omnis imago loquens oris, luſuſque colono.
Quid reſtas? tuus eſt ſermo remiſſus abi.

Inde & Pan à Theæteto in Epigrammate vocatur,

——— ὀρεοσαύλου πόσις ἠχοῦς.

Sed non curat cornuti Dei amores Echo, toto corde in Satyrū propendens, à quo tamen præ Lyde contemnitur. Innuit elegantiſſimo Idyllio Moſchus. Quod quia vivis lineamentis Anterota exprimit, non pigebit ſubjicere. Eſt autem ordine ſextum:

Ἠχὼ

Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
Σκιρτητᾶ Σατύρω, Σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδας.
Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Ἀχώ,
Καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.
Ὅσσον γὰρ τήνων τις ἐμίσεε τὸν φιλέοντα,
Τόσσον ὁμῶς φιλέων ἐχθαίρετο, πάσχε δ' ἄποινα.

Latinis numeris hæc ita expressit Vulcanius:

Pan ardebat Echo vicinam. ast illa salacem
Ardebat Satyrum. hic, Lyda flagrabat amore.
Quantum Pana Echo, tantum urit & hanc Satyriscus,
Et Lyden Satyrus: ita amor torquetur in orbem.
Quantum quisque suum namque est exosus amantem,
Tantum & amans exosus erat, pœnamque luebat.

Fingunt amplius Pana revereri Echo, & ne ei displiceat, studiosè tegere, ac dissimulare rusticitatem, & vitia. Nonnus Dionys. lib. xxxII.

πρεσβυγένης φύξηλις ἐχάζετο παρράσιος Πάν,
σιγαλέοις δὲ πόδεσσιν ἐδύσατο δύσκιον ὕλην,
μή μιν ἴδῃ φεύγοντα δι' οὔρεος ἄστατος ἠχὼ,
καί οἱ ἐπεγγελάσειε, καὶ ἀνδρείην τε καλέσσῃ.

Olim genitus Parrhasius Pan fugitivus cedebat: taciturnis verò pedibus subiit umbrosam sylvam, ne ipsum videret per montem fugientem instabilis Echo, seque irrideret, atque imbellem vocaret.

Nihilominus perstat in amore, garrulæque nymphę amatorium carmen occinit, imo nonnunquam ut durę, & cunctanti convicium dicit. Ita enim ipse Pan apud Lucianum ἐν δὶς κατηγορουμένῳ sive *Bis accusato*, ἐγὼ δὲ, ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἀπελθὼν, συρίξομαί τι μέλος τῶν ἐρωτικῶν, ᾧ τὴν ἠχὼ εἴωθα ἐπικερτομεῖν, hoc est: *Ego verò ad speluncam hinc digressus fistulâ canam carmen aliquod amatorium, quo Echo soleo probris incessere.* Nec frustra eam sollicitat, potitur enim aliquando illa; imo imprægnavit eam, ac filiam Iamben progenuit. Aurhor Etymologici Magni: Ἰάμβη ἠχοῦς καὶ πανὸς θυγάτηρ. Eadem habent Suidas & Hesychius. Dicitur Iambe hæc Cererem

mœstam

mœstam ob Proserpinę raptum, dicteriis, & ingeniosè vibratis scommatis recreasse, originemque mordacibus Iambis fecisse. Schol. Nicandri. quamvis aliud de Iambici carminis incunabulis ex Hephæstione adferat Eustath. Odyss. λ. Et tantum quidem de Echone, & ejus amoribus commenti sunt divini poëtæ.

CAPVT DECIMVM.

Quomodo antiqui Philosophi, & mythologi fabulam Echus interpretati fuerint.

QUÆ obscura, & intricata sunt, diversimodè ut plurimum explicantur, nec una interpretatio griphis ac fabulis satis est. Excercent curiosa ingenia, veluti ad palum. Quibus cum acquiescere aliorū conjecturis servile, novi autem quid excogitare egregium, ac ingenuum videatur: dissentiendi libertate, sententiarumq; varietate, clarissima veritas obruitur & tegitur. Adeo ut animus ejus appetens, veluti in cœna dubia, quid primùm appetat, hæreat, & secum anxiè disputet. Sed ad rem. Umbrosæ, & fugientes poëtarum delineationes circa Echo, scrupulosè à variis, jam olim face scientię, & curiositatis inquisitæ, abundè quod dico comprobant. Quidam Pana, qui & Inuus dictus est teste Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 22. Isidor. lib. 8. Orig. cap. ult. item Incubus (sic enim expressè vocatur in Glossario.) Solem fuisse opinati sunt. Unde fortè quoque, ex mente Ægyptiorum sacerdotum eum τελεώτατον θεῶν sive *Deorum perfectissimum*, vocat, Aristides Orat. in Bacchum. Sed quid Echo esse statuerunt? orbium conentum, cœliq; harmoniam. Ex re est audire Macrobium loco laudato: *Hujus*, inquit, *Inui amor, & delitiæ ἠχὼ creditur, nullius oculis obnoxia; quòd significat Harmoniam cœli, quæ soli amica est, quasi sphærarum omnium, de quibus*

nascitur

nascitur moderatori: nec tamen potest nostris unquam sensibus deprehendi. Idem quod Simia Plinij existimat, opinatur Servius secundas agere solitus, in Commentariis ad Virgilium. Sed quis unquam tantum à se ipso impetrare potuit, ut pro asserenda unius alteriusve Grammatici opinione, à veritate recedere, & somnio accedere voluerit? Blāditur quidem judicio populari harmonia orbium cœlestium in Pythagoræ cerebro cusa, sed non placet auribus, aut rationi viri cordati. Non auribus, quia ut ut arrectæ etiam fuerint, nunquam tamen eam percipere, aut sublegere potuerunt: non rationi, quia nullum fundamentum, aut argumentum animadvertere potest, quod, eam aut urgeat, aut suadeat. Nec credo ipsumSamium Philosophum, ut erat sapiens, atq; prudens, credidisse hunc concentum; sed symbolicè tantum prædicasse, ac defendisse, ut tali lenocinio, mentes immersas cæno hujus mundi ad cælestia avocaret. Vt pluribus aliquando, si visum fuerit supremo studiorum nostrorum arbitro, probabo. Fertur quidem de Apollonio Tyanæo, quòd suavico-noros hos numeros purgatis auribus exceperit. Sed quis credat? Philostrati fides nauci non facienda. Negatâ ergo Pythagoricâ cœli harmoniâ, suâ sponte cadit Macrobii, ac Servii conjectura. Propius ad veritatem accessit Alexander, Philosophi non postremus interpres, in problematis. *Echo*, inquit, *Panis amica fingitur, quia Pan primus eam audivit aut observavit.* Haut male. Meritorum & industriȩ defunctorum grata memoria, aut divinis honorata muneribus, aut fabularum foliis involuta est. Ut fusè docent Patres qui cum Gentilibus disputarunt: Arnobius, Minutius, Iustinus, Origenes, Lactantius, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Theodoretus, Augustinus aliique.

CAPVT VNDECIMVM.

Quid poëtarum filii per Echus & Narcißi amores innuere voluerint.

QUID prisci mythologi, & fabularum explanatores, de Echone & involucris antiquorum vatum circa eam opinati sint, superiori capite expendimus. Reliquum est, ut nostram (modò annaria lex eam eruditorũ curiâ nõ arceat) sententiam paucis proponamus. Et primò quidem de Narcisso juvenum speciosissimo, quem infælicissima virgo sollicitasse, & oppugnasse, at frustra, fingitur. Quis Narcissus? Quis nisi omnes φίλαυτοι. Placuit ille sibi ob formam, eamque neque Nympharum amore; neq; complexibus, quòd altiora somniaret, mancipare voluit. Et quòd rideat quis, amavit umbram suam. Eodem per omnia modo hi in ridiculis somniis, sibi placent: nec tantum placent, sed etiam depereunt. Si hæreditas, si census, aut quid aliud rei accessit, ultra hominem spirant. Si decorum capillitium, si in gradus fracta coma, si honesta facies, si decor ęgenæ, aut quicquid eorum quæ faciem commendare solent, deformem eorum animam ambiat speculis & stultæ opinioni adhærent. Quasi verò Helenã pulchritudine vincerent, quicunq; quando soli imaginem suam contemplantur, præ se nullum hominem pulchrum putant. Alii quando dibapho rubent, aut holoserico pallio sunt amicti, Darios, & Crœsos contemnunt. Quidam sunt eo ingenio, ut si à curiosa puella tantum aspiciantur, se, & oculos suos Cupidinis tela esse tam certè credant, quam se homines meminerint. Nonnullæ quando armillas suas, aut dispersum & pulvere incanum capillamentum spectant, Iunones se putant, summotisque avitę domus sordibus in equestribus aut podio amatorem quærunt, ad quem tamen non tantum pro dole conferent, quantum familiæ, quatuor vaccæ præstant. Inveniuntur aliæ, quæ tantum de forma sua præsumunt, ut o-

ut omnes juvenes quibuſcum loquuntur, propter ſe inſanire jactent. Aliæ deformem ſuam faciem omnibus ſtatuis emendatiorem credunt, ſi id juret dicaculus adoleſcentulus. Ancillæ mox dominas & claves loquuntur ac rhedam ſomniant, ſi ab herili filio ſollicitentur. Sed & alios afflavit hęc peſtis. Triduana lectio inflat diſcipulũ qui ſe Chryſippum, aut Platonẽ putat ſi pſittacorũ inſtar Latinè balbutire incipiat. Pauxillũ eruditionis, & editus libellus animũ profeſſoris ſupra omnes bullas evehit. Ædilitia poteſtas, aut quæſtura libertinis ingeniis oblivionem mortalitatis obducit. Latus aut anguſtus clavus repentinis, & ſuppoſitiis nobilibus, cum Æacidis & Heraclidis de nobilitate contẽdere ſuadet. Concurſus plebis triũphat de humilitate cõcionatoris, & parum abeſt quin perſuadeat ei modulatam, & affectatam linguæ volubilitatem, unam & veram ſapientiam ac pietatem eſſe. Tyrocinium auſpicatum tumore implet advocatum: felix unius ægri curatio, novitio medico de ipſo Hipprocate, & Galeno humile quid perſuadet. Catullianus Suffenus præ ſe nullos putat poëtas. Horatianus Manius in omnibus ſibi ignoſcit. Petronianæ ancillæ, ſimul ac amari ſe ſentit ſurgit ſupercilium. Sed cur divagor?

Nimirum idem omnes fallimur neque eſt quiſquam,
Quem non in aliqua videre Suffenum Poſſis.

Illud verũ, cujuſcunq; pulmo φιλαυτίᾳ & Narciſſi ſucco turget, contemnit omnes, & ſe unum adorat. Excrementa ſua amomũ, umbram Venerem, ignorantiam ſcientiã, vitia virtutes putat. In ſumma ipſe ſibi idolum, Deus, & omnia. Sed quid interim de eo exiſtimat ſapiens? Idem quòd Flaccus lib. 2. Satyr. 3. de amore Manii ſui:

Stultus, & improbus hic amor eſt, dignuſque notari.

Stolidi etenim ſunt quia normam boni, & æqui ignorant. Ridetur faber qui albâ lineâ omnia notare præſumit: miſeratione digna gravida juvencula, quæ omnia pro cibo appetit. Hi autem & ridendi & deplorãdi. Ridẽdi, quia omnia recta &

alba opinantur: deplorandi quia curari nolunt, & nesciunt. Sed cur Echo Narcissum, aut φίλαυτον putatur amare? Ut vocis sequela Echo est, ita φιλαύτε ac Suffenii assecla adulator. Ridiculum quidem se præbet, quisquis se tantum, & nævos suos diligit. Non credunt tamen omnes aut credere volunt. Omnia enim suadet venter. Muscę tam suaviter victitant stercore quàm delicatorum Romanorum turdi polenta. Vitia laudant, qui vitiis madent: & scelerati, bene de sceleratis existimant. Rara æmulatio inter indoctos, & imperitos est. Dum desperant miseri laudem ex malè factis, extollunt aliorum vitia, ut aliquando sibi contingat, quòd liberalissimè aliis præter merita, deferunt. Bullę, quas pueri formant, eodem omnes, sursum nempe, contendunt. Ut aër levissimus ipse, levem extollit plumam, ita stolida, & solidæ scienriæ incapacia ingenia, extolluntur fumis levissimorum homuncionum. Utinam verò nunquam Narcissum vidisset Echo, spem valetudinis concepissent cognati! Utinam etiam compositain universum parasitorũ, & Gnathorum natio foret! Asperior disciplina, & severa eruditio, multos ad saniorem mentem revocaret: quos proh dolor! quotidie præ imagine sapientię non tantum insanire, sed furere videmus, Quidam etiam, inter quos Bocatius lib. 7. de Genealog. Deorum cap. 59. per Echo famam & gloriam intelligunt. Sed quia minus plausibilis hæc conjectura, ei illustrandæ non immoror.

CAPVT DVODECIMVM.

Quid poëtæ per Echus, & Panis amores, ac filiam Iamben intellexerint.

ECHO à Pane amari capite nono docuimus: At quis Pan nisi φύσις & natura? Aut ut Plato vult in Cratylo, τὸ πᾶν,

πᾶν, hoc est, universum. Ei præ aliis Diis supplicat in Phædro Socrates, ut animadvertit quoque Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 5. Echo autem conjunx ejus, philosophia est, non Aristotelis, Platonis, Zenonis, similisve philosophi, sed ea, quæ rotunda, perfecta, ac vera: quæ ex amussim respondet naturæ, quæque mundi, ejusque partium indolem, caussas, effectus, & quicquid amplius ad perfectam eorum scientiam desideratur, fideliter commemorat. Reflexio, aut speculum universi, est philosophia vel: ut Seneca inquit, ep. 89. *simillimũ mũdi spectaculũ*, non tam interpres, quam index ejus philosophus. Nihil docere, nihil proponere, nihil sentire de natura potest, aut debet, quàm quod videt, palpat, & sensibus percipit. De suo si quid addat, vir bonus non est, nedum sapientiæ consultus. Qui corpus humanum in partes artificiose dissecant, & dissectas ostendunt. Hoc tantum circumstanti coronæ contemplandum exhibent, quod deprehendunt: uniusque venulæ obstructionem, levi compressione juvare, piaculum putant. Idem facere debet Philosophus. Non somnia, non opiniones, nõ placita aliorum proponere debet, sed quæ ipse sensuum judicio, & rationabili experientiâ in ipsis rebus, earumque partibus deprehendit. Una est certissima scientiæ norma mundus. Quod ei respondet ἀκίβδηλον, quod discrepat subleſtum putandum est. Quid superbis qui in Aristotele, Platone, Thoma, aliove philosopho magnæ existimationis rugas contraxisti? Historicus, non Philosophus, aut Physicus es. Rideri scito tuam credulitatem, & ab omnibus culpari inertiam. Quid præsumis de scientia, quæ tibi ipsi non satisfacit? Si in ea acquiescere, si inter omnes magnus haberi cupis: magnum naturę volumen, mundum nempe, lustrato. Rimare, scrutare ejus partes, & angulos. Minimæ etiam rei scientia, solertiâ propriâ eruta plus solatii animo tuo adferet, quàm omnes Academię, Lycei, & Porticus opiniones. At fugit Pana Echo, furitque in Satyros? Quid hoc aliud signat, quàm asperam, & tetricam prima fronte

philosophiam esse, atque tamdiu ingratam, donec omne ejus mel in sanguinem sit redactum. Luxuriat blanditiis natura, luxuriat quoque philosophia, neutrum tamen percipit philosophaturus. Inter trecentas Veneres, quærit quod amet, quia nihil suave, & blandum esse credit, quàm quod ventrem titillat. Hinc à Satyris, hoc est, voluptatibus, theatri nugis, delitiis Saburræ, similive bonæ mentis pestilentia, sæpe expugnatur. Solitudo in Academia est, & frequentia circa Epicurum. Utinam verò hi Satyri, qui Echo dementarunt, à nobis exularent! Tot præclara ingenia in vestibulo sapientiæ non opprimerentur. Quot ab honesto non avertit lupanar? quot non perdit alea? quot non vivos videntesque componit potatio. Undis obruti sunt adolescentuli, antequam navigent. Et ideo in tanta admiratorum turba, tam paucos amicos habet Philosophia. Desperat quisque de viribus suis, quia eas enervare statuit. Arrident blanditię sapientiæ, sed non prensantur. Repellit quisque eas, & fugit. Quæ ratio? Soli Satyri placent. Ut qui meretriciis amplexibus assueverunt, cum indignatione audiunt nomen matrimonii, ita qui se emäciparunt Satyris, abhorrent à Pane. Quamvis autem præ Satyris vilis sit agrestis & corniger Deus, non tamen blandiri desinit suæ Echoni. Carmine, & fistulâ eam lacessit. Sed quid carmen, quid fistula sibi volunt? Est admiratio operum naturę. Illæ expugnant eos, qui jam victi, & vincti sunt à voluptatibus. Orbis incola homo est; fieri non potest quin aliquando oculos conjiciat in suppellectilem hospitii sui. Supra se cœlum tot distinctum stellis, infra pedes terram tot pictam herbis, circa latera bestiarum muriades videt. Incipit primo illa admirari, & post etiam diligere. Molesta est admiratio, & crux quædam quamdiu est sine scientia. Iucunda verò & grata, quando huic copulata. Ut desinat admirari homo, vult scire, & philosophus esse. Prohibetur quidem à Satyris, sed non potest prohibere semetipsum. Admiratio occinit ingratum carmen, &

men, & mordaci fiſtula ſopit adverſantes ſapientiæ cogitationes. Beatus autem qui jam admiratur, & aures commodat fiſtulæ fluctuantis ingenii. Brevi enim is philoſophabitur, & de Satyris triumphabit. Denique Iambe dicacula fœmina, Pane, & Echone nata fingitur. Iambe, nihil aliud eſt, quàm excrementum Phlioſophiæ: aut ut ſine ambagibus loquar, quælibet erronea de mundo, & rebus naturalibus opinio. Vagatur illa per totũ orbem, & alibi ſtomachũ, alibi riſũ movet. In omnibus autem Philoſophorum familiis quædã Iambe, h. e. ſententia erronea & ridicula. Quid doctius Pythagora? quàm abſurda tamen ejus μετεμψυχώσις? Quid divinius Platone? quam vani tamen ejus numeri? Quid ſublimius Ariſtotele? quam humilis tamen, ne dicam inepta, ejus opinio de motoribus orbium cœleſtium. His adde Democriti atomos, Anaximenis & Anaximandri animas aërias, Stoicorum ſtellas flammeas, ac pr̨ humoris appetitu rimis fatiſcentes, Epicuri vacuum, ac omnia Scepticorum deliria. Ipſe Sol & Luna maculis nonnunquam obducuntur, & immune ab iis eſſet ingenium? Luctatur illud cum ſordibus, & nævis ſuis: ubi acutum videre & non errare prȩſumit, hallucinatur. Nec tamen agnoſcere vult, quia ab omni erroris contagio privilegio quo ſe exemtum putat. Hinc primò pertinacia in defendendo falſo, & deinde tot hæreſes circa centemplationem veri. Verè deplorandus ſcientiæ noſtræ ſtatus. Parit eam erroneum ingenium, & nihilominus libera ab errore eſſe defenditur, ab erroris matre. Qui in ſcopũ non collimarunt, aberrans jaculum, miſſione alterius caſtigant, qui à ſemita deflexerunt à diverticulo ad monſtratam viam ſe convertunt, qui ad ſcopulum naufragium fecerunt, ſtudioſè eum vitant, quando iterum navigant, qui à latronibus ſpoliati ſunt, ab inſidiis illorum ſibi metuunr quotieſcunque iter ingrediuntur. In ſumma nunquam non ratio docet errorem prudentiâ & ſolicitudine caſtigandum eſſe, quoties de damno eſt quæſtio. Solùm quando de opinione quæ illam aut ridiculam aut admirandam

philosophiam esse, atque tamdiu ingratam, donec omne ejus mel in sanguinem sit redactum. Luxuriat blanditiis natura, luxuriat quoque philosophia, neutrum tamen percipit philosophaturus. Inter trecentas Veneres, quærit quod amet, quia nihil suave, & blandum esse credit, quàm quod ventrem titillat. Hinc à Satyris, hoc est, voluptatibus, theatri nugis, delitiis Saburræ, similive bonæ mentis pestilentia, sæpe expugnatur. Solitudo in Academia est, & frequentia circa Epicurum. Utinam verò hi Satyri, qui Echo dementarunt, à nobis exularent! Tot præclara ingenia in vestibulo sapientiæ non opprimerentur. Quot ab honesto non avertit lupanar? quot non perdit alea? quot non vivos videntesque componit potatio. Undis obruti sunt adolescentuli, antequam navigent. Et ideo in tanta admiratorum turba, tam paucos amicos habet Philosophia. Desperat quisque de viribus suis, quia eas enervare statuit. Arrident blanditię sapientiæ, sed non prensantur. Repellit quisque eas, & fugit. Quæ ratio? Soli Satyri placent. Ut qui meretriciis amplexibus assueverunt, cum indignatione audiunt nomen matrimonii, ita qui se emaciparunt Satyris, abhorrent à Pane. Quamvis autem præ Satyris vilis sit agrestis & corniger Deus, non tamen blandiri desinit suæ Echoni. Carmine, & fistulâ eam lacessit. Sed quid carmen, quid fistula sibi volunt? Est admiratio operum naturę. Illæ expugnant eos, qui jam victi, & vincti sunt à voluptatibus. Orbis incola homo est; fieri non potest quin aliquando oculos conjiciat in suppellectilem hospitii sui. Supra se cœlum tot distinctum stellis, infra pedes terram tot pictam herbis, circa latera bestiarum muriades videt. Incipit primo illa admirari, & post etiam diligere. Molesta est admiratio, & crux quædam quamdiu est sine scientia. Iucunda verò & grata, quando huic copulata. Ut desinat admirari homo, vult scire, & philosophus esse. Prohibetur quidem à Satyris, sed non potest prohibere semetipsum. Admiratio occinit ingratum carmen, &

men, & mordaci fiſtula ſopit adverſantes ſapientiæ cogitationes. Beatus autem qui jam admiratur, & aures commodat fiſtulæ fluctuantis ingenii. Brevi enim is philoſophabitur, & de Satyris triumphabit. Denique Iambe dicacula fœmina, Pane, & Echone nata fingitur. Iambe, nihil aliud eſt, quàm excrementum Phlioſophiæ: aut ut ſine ambagibus loquar, quælibet erronea de mundo, & rebus naturalibus opinio. Vagatur illa per totũ orbem, & alibi ſtomachũ, alibi riſũ movet. In omnibus autem Philoſophorum familiis quædã Iambe, h. e. ſententia erronea & ridicula. Quid doctius Pythagora? quàm abſurda tamen ejus μετεμψύχωσις? Quid divinius Platone? quam vani tamen ejus numeri? Quid ſublimius Ariſtotele? quam humilis tamen, ne dicam inepta, ejus opinio de motoribus orbium cœleſtium. His adde Democriti atomos, Anaximenis & Anaximandri animas aërias, Stoicorum ſtellas flammeas, ac præ humoris appetitu rimis fatiſcentes, Epicuri vacuum, ac omnia Scepticorum deliria. Ipſe Sol & Luna maculis nonnunquam obducuntur, & immune ab iis eſſet ingenium? Luctatur illud cum ſordibus, & nævis ſuis: ubi acutum videre & non errare præſumit, hallucinatur. Nec tamen agnoſcere vult, quia ab omni erroris contagio privilegio quo ſe exemtum putat. Hinc primò pertinacia in defendendo falſo, & deinde tot hæreſes circa contemplationem veri. Verè deplorandus ſcientiæ noſtræ ſtatus. Parit eam erroneum ingenium, & nihilominus libera ab errore eſſe defenditur, ab erroris matre. Qui in ſcopũ non collimarunt, aberrans jaculum, miſſione alterius caſtigant, qui à ſemita deflexerunt à diverticulo ad monſtratam viam ſe convertunt, qui ad ſcopulum naufragium fecerunt, ſtudiosè eum vitant, quando iterum navigant, qui à latronibus ſpoliati ſunt, ab inſidiis illorum ſibi metuunr quotieſcunque iter ingrediuntur. In ſumma nunquam non ratio docet errorem prudentiâ & ſolicitudine caſtigandum eſſe, quoties de damno eſt quæſtio. Solùm quando de opinione quæ illam aut ridiculam aut admirandam

præſtat, agitur, pertinax propoſiti eſt: & neque emendationem, neque cenſuram patitur. Errorem errore, caliginem tenebris, abſurdum abſurdo, falſum mendacio, pertinaciam rixis adjungit. Quam verò rationem putabimus? Quia & philoſophiæ, & naturæ obliviſcitur: quod poetæ quoque innuere voluerunt per Iambem ſuam, quę neque patri, neque matri, ſed neſcio cui Meganicæ cohabitavit. Erroris & ſolœciſmi impatiens eſt natura, impatiens quoque philoſophia ejus imago, & exemplar. Alterutrum ſi proponeret ſibi ratio, emendaret, ac perficeret ſemet ipſam. Philoſophia doceret hominum reipublicæ proprium eſſe errare, natura diſcuteret tenebras, & ſimul veritas de mendacio ſtatueret trophæum. Amplius de Iambe traditum eſt, quòd dicax, mordax, ac calumniis, & dicteriis aſpera ſit? Quid aliud hoc! quàm ſtudium contentionis, quod inter philoſophantium familias fervet, & convitiis, maledictisque velut neceſſario pabulo non ad inveniendam veritatem, ſed exaſperandos animos fovetur & alitur. Laborando callum contrahunt manus, ambulando pedes: cortice & munimento obducitur error, quotieſcunque pro eo certatur. Contentio illum exaſperat, convitium roborat. Opinionem, quam curarent malagmata & fomenta, ſtabiliunt & firmant lixivia & cauteria. Quidam morbi, ut ut aſperi & acres lenibus tamen remediis volunt curari. Validiora ſi adhibeas aut enecant, aut in gangrænam abeunt. Eodem modo mens noſtra. Errorem non difficulter exuit ſi rogetur, & mellitis rationum globulis, velut telis oppugnetur. Contra ubi convitia non neceſſaria audit, ad ea retorquenda ſe componit, certòque credit ſe non errare, quia ſolis maledictis, ordinariis mendacii armis petitur. Denique de Iambe hac memorię traditum eſt, quòd Cererem mœſtam conſolata fuerit. Quid aliud hoc quàm ſales, & joci quibus aſpera philoſophiæ ſolent condiri. Rugæ docentium explicantur ridiculis erroris commentis. Imo diſcentes aliter aures non volunt accommodare, niſi nugis talibus titillentur.

tur. Mel cupiunt ad condiendam necessariam escam, & expugnandam famem. Querela hæc Petronii est in Satyrico: *Sicut*, inquit, *ficti adulatores cùm cœnas divitum captant, nihil prius meditantur, quàm quod putant gratissimum auditoribus fore (nec enim aliter impetrabunt, quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint) sic eloquentiæ magister nisi tanquam piscator, eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe prædæ moratur in scopulo.* Hinc Gnathæna meretricula, & Stilpo philosophus in eodem sæpe hæret crimine, dũ illa adolescẽtulos ad se recipit, hic ut eant per involucra fabularũ & facetiarum suadet. Interim ter miseri magistri, qui talibus precibus sistunt fugiens auditorium. Porrò infructuosa est, & molesta professori veritatis Iambe. Plurimum potest apud popellum, nonnunquam etiam aliquid apud severioris disciplinæ cultores. Maximè tum, quando animus obductus est nubibus, & fatiscit sub mole commentationum. Præclarè vero ratio Philosophiæ constaret, si mortua, & composita foret hæc muliercula. At quis mortalium hoc sustinet sperare?

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

Qui primi numeris incluserint Echo.

ORbis compendium, & speculum poëma est: in eo effigiantur, & proponuntur omnia. Aut potius theatrum quoddam, in quod non homines tantùm, sed quicquid alicubi rerum est, aut fuit, producitur. Si navigare, si rusticari, si militare, si caussas rerum nosse, si dicere, & ut verbo dicam, si quicquam ex iis quæ mens percipit, aut omnia simul velut per Satyram cognoscere affectas, hoc cornu copiæ, & thesaurum excutito. Non fatigabit te difficultas inveniendi, aut quærendi molestia. In mundo omnia occurrunt: & ante

ante in possessione scientię consistis, quàm pro te edictum esse cognoscas. Rusticum format Hesiodus, militem Homerus, nautam Apollonius, amatorem Musæus, theologum Orpheus: omnes virum bonum, & doctum. Nec tantum suis verbis, & versibus, sed ipsâ quoque eorum figurâ. Hinc aræ, secures, fistulæ, alæ, ova, longi, breves versus, & quid non ab iis excogitatum. Neque enim putandum eos, ut curiositati satisfacerent, lusibus his indulsisse. Libertatem ostẽdere, & ingenium excolere studuerunt: utrumque autem ut prodessent, & delectarent. Bellariis sæpe irritandus est nauseabundus stomachus, ut cibum velit appetere. Invitanda eodem artificio mens nostra. Fastidit salubria præcepta, quia conscia infirmitatis suæ. Verum non audit, nisi titilletur. Ut pueri absinthii latices, non ebibit, nisi circumliti mellis dulcedine decepta. Audire nolunt sua vitia Cleones, quando tamen in scenam ea producit Aristophanes, vident, ac palpant: & ne videantur fateri, cum popello etiam rident, Non tulisset unquam Roma se Cynici ore lacerari, verbum tamen non fecit, cum eam conciderent Lucilius, Flaccus, Persius & Iuvenali quatuor Latini nasi antistites. Multum scilicet refert, quomodo quid fiat, & dicatur. Acrimoniam admonitionum edulcant numeri: omnisque rerum acerbitas perimitur versuum blanditiis. Ut pisciculos captet piscator, hamo imponit escam: ut lectorem circumveniat poëta insidias struit auribus. Quid blandius aut Pindari, aut Horatii odis? Et tamen in sesamo illo gravissimæ, & maximè seriæ occultantur admonitiones. Quid mollius Theocrito? nullum tamen ejus idyllium, quod non reprehendat, doceat, & moneat. Idem discurrendo per omnes Græcos, & Latinos poëtas, ostenderem, si festinabundi Lectoris stomachum non metuerem. Illud tantum probare studeo, non otiosa, & supervacua esse in poëmate, quæ maximè tamen videntur, ut simul ratio poëticę Echus stet. Fateor. Primâ fronte videtur podagricorum aliorumque qui de temporis odiosa longitudine conqueruntur,

tur, exercitium esse. Penitius tamen si excutiatur, non tralatitius ejus usus comparet. Delectant imagines, delectant loca in quibus habitant, delectant arguta responsa, delectant inexspectati sales. Omnia hæc conjungit poëta, & Echo, quam nunquā fortè in suo μεριμνοφροντιστηρίῳ audivit, in versu loquentem introducit: nec tantum loquentem, sed inexspectatâ quoq; verborum acrimoniâ lectorem aut monentem, aut reprehendentem. Excogitatum hoc primitus ab elegantiarum, & eruditionis magistris Græcis: & ut mihi quidem videtur, in gratiam comœdiæ. Equidem nihil in hoc genere vetustius alicubi, quàm apud Aristophanem in Θεσμοφοριαζούσαις extat. Introducit ibi salsissimus comicorum Euripidem ut quam Echo, Mnesilocho, sub Andromade persona latitanti, respondentem. Versus τ' ἀπομεμονωμένων hi sunt:

MN. Ὦ νὺξ ἱερά
Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκει,
Ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύου-
σ' αἰθέρος ἱερᾶς,
Τοῦ σεμνοτάτου δι' ὀλύμπου. HX. Δι' Ὀλύμπου.
MN. τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
Μέρος ἐξέλαχον, HX. Μέρος ἐξέλαχον.
MN. Θανάτου τλήμων! HX. θανάτου τλήμων.
MN. Ἀπολεῖς μ' ὦ γραῦ στωμυλλομένη.
HX. Στωμυλλομένη.
MN. Νὴ Δία. ὀχληρά γ' εἰσήρρηκας
Λίαν. HX. Λίαν.
MN. ὦ 'γαθ' ἔασόν με μονῳδῆσαι,
καὶ χαριεῖ μοι,
Παῦσαι. HX. παῦσαι.
MN. Βάλλ' ἐς κόρακας. HX. Βάλλ' ἐς κόρακας.
MN. τί τὸ κακόν; HX. τί τὸ κακόν;
Ληρεῖς. HX. ληρεῖς.
MN, Οἴμωζε. HX. Οἴμωζε.

MN. Ὀτουζε. HX. Ὀλόυζε.

Accedit dein Satoles, ſub nomine Τοξότυ ut expoſtulet cum Echone.

Το. ὖ τος τί λαλεῖς; HX. ὖυτος τί λαλεῖς,
Το. πρυτάνεις καλέσω. HX. πρυτάνεις καλέσω.
Το. σί κακόν; HX. σί κακόν;
Το. πωπετοπωνή; HX. πωπετοπωνή;
Το. σὶ λαλεῖς; HX. σὶ λαλεῖς;
Το. Κλαύσαμι. Hx. Κλαύσαμι.
Το. Κακκάσκιμοι. HX. Κακκάσκιμοί.
Το. Μὰ Δί' ἀλλὰ γυνὴ πλησίον αὔτη. HX. πλησίον αὔτη.
Το. Πῦθ' ἡ μιαρά;
MN. Καὶ δὴ φεύγει.
Το. ποῖ ποῖ φεύγεις; ὐ καιρήσεις;
Το. ἔτι γὰρ γρύζεις. HX. ἔτι γὰρ γρύζεις.
Το. Λάβε τῇ μιαρᾷ. HX. Λάβε τῇ μιαρᾷ.
Το. Λαλοκαικαπαραιτογυναίκα.

A comœdia ad Epigramma tranſiit hoc παίγνιον. Exemplum Gauradæ habetur ſupra inter luſus ex Anthologia: quod iterum non exſcribo. Reddidit nonnemo hoc Latinè; non tamen paribus numeris,

Echo chara mihi aſſona aliquid, Quid?
Amo puellam, illa verò me non amat Amat.
Faciendi verò tempus occaſionem non patitur. Patitur.
Tu igitur ipſi dic quòd amo. Amo.
Et fidem ipſi pecuniarum tu da. Tu da.
Echo, quid reliquum? an voto potiri? Potiri?

Sed non concinni ſatis, & exculti hi luſus. Non enim quid invenitur ſimul, & perficitur. Eoque occaſio nata Martiali ridendi ac explodendi eos. lib. 2. Epigramm. 86.

Quòd nec carmine glorior ſupino,
Nec retrò lego Sotadem cinædum,
Nuſquam Græcula quod recantat Echo,
Nec dictat mihi luculentus Attis
Mollem debilitate Galliambon.
Non ſum, Claſſice, tam malus poëta.

En! ut expreſsè ſupino carmini accenſeat non omnem Echo, ſed Græculam: diſſolutam illam puta, facilem, & frigidam. Neque enim putandum ingenioſiſſimum poëtarum ſtylo ſuo jugulaturum fuiſſe (modò vidiſſet) ſalſas, & venuſtas argutias, ſub manum Ioannis Secundi, Sabini, Douſarum, Catſii, Heinſiii & tot aliorum præſtantium vatum, quos ipſa ἑλλὰς ἑλλάδος adoraret, prognatas. Ipſe enim ſtudiosè & anxiè ſimilia ſæpe captat. Scio principem politioris literaturæ Politianum in aureo Miſcellaneorum libello cap. 22. ſine diſcrimine de omnibus reboantibus numeris verſiculum hunc accipere, in ſententiã tamen divini Herois Iulii Cæſaris Scaligeri tranſire malo, qui ingeniosè lib. 2. Poëtic. cap. 29. animadvertit Epigrammatographum tantùm dicere Græculam Echo ſibi non recantare. Quanquam nec Græci omnino ignari fuere artificii illius, quod luſus hos præ cetęris commendat: nempe dividendarum ita vocum, ut poſterior earum pars ſecundum metri rationem producat novum & formâ & ſignificatione vocabulum. Apud Ariſtophanem ἐν ἱππεῦσι occurrit hic verſus:

Ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο, χέσαιτο γὰρ εἰ μα-
χέσαιτο.

Incredibilis verò elegantia in μαχέσαιτο, χέσαιτο latitat. Dubito an Latini poëtæ, qui florentem Romam viderunt, aut cum eą ad barbariem ruerunt, delitiis his indulſerint. Luſtravi quidem eos, ſed ſine fructu: nec hoc aut hallucinationi, aut ſocordiæ meæ imputandum. Multi qui ætatem in iis contriverunt, non tamen veſtigium horum deprehendere, aut videre potuerunt. Fruſtra enim in mari ſylvæ, & in ſylvis piſces quæruntur. Dubium verò, qui nam poſt renatas literas primi elegantias has excolere cœperint. Taboretus Dominus de Accords in politiſſimo Gallico libro, quem *Bigar-*

rures inſcripſit, popularibus ſuis Francis, & qui olim inter eos docti poëtæ audierunt, Nicolao Bartholomæo, & Bellayo, hanc laudem vindicat: & quaſi unus Ioannes Secundus eam offuſcaret, ex annorum & temporis ratione fidem verbis ſuis aſtruere molitur. Sed neque noſtro Ioanni Secundo, neque Gallico Apollini hæc gloria debetur. Penes Italos Gratiarum, & reconditę eruditionis patres, palma. Signum illi primò ſuſtulerunt in ſua lingua. Probo hoc ex modò laudato capite Miſcellaneorum Politiani, ubi ita ille de ſe, & ſcriptis ſuis: *Quales* (nempe reſonantes verſus) *etiam vernaculos ipſi quoſdam fecimus, qui nunc à muſicis celebrantur, Henrici modulaminibus commendati, quoſque etiam abhinc annos ferme decem Petro Contareno Veneto patritio, non inelegantis ingenii viro, unicè tum deſideranti, nonnulliſque aliis literarum ſtudioſis dedimus.* Quis verò ignorat Politianum, & Bellayum, & Ioannem Secundum diu præceſſiſſe. Neque quicquam Gallicis ingeniis (quæ una, omnium ſcientiarum & ſubtilitatum capacia eſſe duco) decedit, ſi reboantis carminis exſuſcitatio Italis attribuatur. Quicquid pene Venerum, leporum, & argutiarum in Gallicis ſcriptoribus (maxime poëtis) eſt, aut ex Hethruſcis, aut Hiſpanicis horreis eſt acceptum. Ut longo authorum catalogo probare poſſem, ſi pateretur inſtitutum. Meditabunda, & laborioſa ſunt Hiſpanica ingenia, prærogativarum, & novarum ſubtilitatum ſtudioſiſſima Italica. Si eruant quid ex tenebris, aut novi excogitent, mirandum non eſt. Maximo ingenio, copulato maximo labori, omnia pervia ſunt. Interim illibatum ab omni nævo Gallicum acumen manet. Ad perficiendum, & ornandum ea, quæ ab aliis ſunt excogitata, ſi quod factum eſt. Nihil invenit Italus, quòd non tam dextrè, & ingenioſè excolatur à Gallo, ut non tam ejus ope renatum, quàm primitus natum videatur. Æque ut gemmæ ac margaritæ, quas Batavis noſtris Iudi, & Perſę vendunt, poſtquam artificum noſtratium manibus tractatæ, & politę ſunt avidiſſimè à primis poſſeſſoribus, qui ante præ copia eas

pia eas faſtidiebant, appetuntur. Inveniuntur multa caſu; quæ non excoluntur, aut perficiuntur niſi ſingulari induſtria, ac arte. Perpetuò autem ingenio & ſolertiæ laurus.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Quæ commendent reſonantia carmina, & de eorum difficultate.

POëtæ ex orcheſtra ſæpe compedes ſibi injecerunt, ut ſpiritum expeditum ac fervidum ſpontanearum difficultatum mole non tam compeſcerent, quàm extollerent. Levia omnia perito putantur. Sed ſi quid ab eo fiat, quod à nullo ejuſdem ordinis, aut factum, aut tentatum eſt, incrementa capit ejus exiſtimatio, & major veneratio accedit ab operis difficultate, quam ab induſtria, aut ingenio. Quis unquam miratus eſt Pindarum (qui ſuo merito â Leonida vocatur ξευφώνων πιερίδων πρόπολος) ex opulento pectore odas, & hymnos potuiſſe profundere. Miraculo tamen ſimile videtur quòd condere potuerit ἄσιγμον oden, in qua nempe nullum ſigma, aut minutiſſimum ejus veſtigium comparet. Teſte Athenæo lib. 10. cap. 21. quo loco & conſulendus Caſaubon. Et hoc tamen præter eum fecit Laſus Hermionenſis, unus ut putatur, ex ſeptem ſapientibus. Teſte Athen. ib. Nec iſte ſolùm, ſed Heraclides quoque Ponticus in hymno, quem in Cererem condidit, cujus hoc perhibetur fuiſſe initium.

Δήμητραν μέλπω, κόραν τε κλυομένοιο ἄλοχον.

Ut non injuria propterea ſalſiſſimus Lucianus, ut cauſidicum exhibuerit σίγμα pro ſe, ex Lege Aquilia contra ταυ & reliquas literas, ad omnium ſpirituum conſumptionem litigantem,

tem. Alii in gryphis & anigmatis contexendis patientiam, & laborem suum exercuerunt. Nec tantùm levia, & χαμαιπετῆ ingenia iis vacarunt, sed ipse etiam Euripides clamosus ille virtutis præco in Theseo: ubi introdicit illiteratum & indoctum pastorem mirum quàm artificiosè, ac eleganter, per figuras, omnes literas, quæ in Thesei nomine sunt, exprimentem. Recentior ætas pluribus vinculis se implicuit: videlicet Anagrammatum, eteosticorum, numeralium, carminumq; recurrentium, &c. Leoninos enim versus, similiaque otiosorum monachorum laboriosa deliria, enumerare etiam piget. Imo poëmata integra quidam condiderunt, in quibus omnes voces ab una litera incipiunt. Qualis est pugna porcorum, contexta à nescio quo Petro Placentio, in quo omnes voces à litera P incipientes authori Porcii cognomentum pepererunt. Alius, Christianus Pierius nomine, integrum opusculum conscripsit constàns amplius quàm mille & ducentis versibus, quorum omnes voces à litera initiali C. incipiunt. Titulus est *Christus patiens*, & initium hoc:

Currite Castalides Christo comitante Camœnæ,
Concelebraturæ cunctorum carmine certum
Confugium collapsorum, concurrite cantus
Concinnaturi celebres celebresque cothurnos.

Circumfertur & *laus Calvitii*, scripta, ut creditur, ab Henrico Glareano: cujus omnia quoque vocabula à C. ducunt initium. Fateor. difficilia hæc sunt. Sed sine elegantia, aut Venere. Soli Echici lusus difficiles, arguti, & venusti. Respondent quidem naturæ, ita tamen ut primas in iis obtineat ars. Non licentiam, non libertatem poëtæ Gratiarum studioso, concedunt. Possunt quidem faciliores reddi, sed non elegantiores. Quantum facilitati accedit, tantùm venustati decedit. Lex eorum stata, & perpetua est, ut resonantia aut Echo, sit particula proximè præcedentis vocis. In quibus enim eadem vox repetitur, ut minus artis, ita etiam minus leporis habent; nisi fortè vox illa sit æquivoca, & posterior significa-

gnificationem habeat admodum dissimilem à præcedenti. Ob vocum penuriam, confunduntur plures linguæ, & Græcia Latio miscetur, non tamen ex lege venustatis. Ferit hoc quidem in Epigrammate argutissimo Martialis, sed ultro, & sine caussa. Hic quia necessitas compellit, inelegans est. Si fieri possit, præstat resonantiam esse in fine tantùm versus: quæ enim aut in medio, aut in principio captatur, minus grata, & artificiosa est. Nec putaverim etiam facilè resonantias dissyllabicas, trissyllabicas, aut unius, pluriumve syllabarum in uno eodemque poëmate confundendas esse. Simia naturæ poëta est, ejusque exemplar poëma. Nusquam verò invenitur Echo, quæ pro libitu, & arbitrio alloquentis, modò unam, modò duas, modò tres syllabas remittit. Et ut ego ex pullatorum cavea arbiter, ingenuè quod mihi videtur, profitear: maxima ars, summa elegantia, salsissima acrimonia consistit in reciprocationibus dissyllabicis, in fine versuũ brevium, aut pentametrorum, dextrè. & ingeniosè dispositis. Interim ὄβελον, aut asteriscum reliquis lusibus non præfigo. Non carent illi sua laude, aut sale. Ipse quæso, erudite Lector, de iis cognosce, & arbitrare: sylvam exhibuit tibi Dousarum bibliotheca: si quid ad eam locupletandam adferre possis indica, & doce. Avari & gryphes sibi thesauros possident. Eruditionis politioris candidati omnia habent communia, & in quacunque republ. vivunt, inter se ex præscripto maximi Platonis, non pecuniæ, similiumque rerum evanidarum, sed sapientiæ, & doctrinæ communionem colunt. Si plura hujus notę apud nos latuissent, æquidem bono publico ea non subtraxissemus. Utinam tu (quisquis es) faveas libelli hujus incremento: nec invideas ei tuam symbolam. Ad nos quantum, fovere eum, locupletare, & limare studebimus, si modò Catonem hunc πρόφρονι θυμῷ à te exceptum esse conoverimus.

Ιδὼν τὸ τέρμα τῷ θεῷ χάριν δίδου.

 ECHO

ECHO HEPTAPHONOS

In Conjurationem pulverariam Britannicam, &c.

FLammiferâ Papana manus proceresque Britannos
Atque una Regem tollere nube parat.
Sic animas citius properat transmittere cœlo,

Accelerata manus.	*Ah scelerata manus.*
Sepositura rogo.	*Se positura rogo.*
Scilicet igne ferit,	*Ilicet ignis erit.*
Proditione sacra.	*Proditione sacra.*
Abluitura nefas.	*Ab luitura nefas,*
Pulverulenta struit.	*Pulvere lenta ruit.*
Hæccine fanda strues?	*Ecce nefanda strues.*
Huic ita fata favent,	*Hui cita fata favent.*
Ignibus iris ovet.	*Igne Busiris ovet.*
Ecce oculata fides.	*Exoculata fides.*
Dis positura tholos.	*Dis positura dolos.*
Solicitata ruit.	*Sole citata luit.*
Sic bene pascet oves.	*Hic bene pascet aves.*
Officiosa manus.	*O vitiosa manus.*

I. SMITHZIVS.

ECHO SIMILIS

In navale prælium in Zelandia Commissum Anno 1631.

Et illustrissimi Principis

FREDERCI HENRICI à NASSAV,

&c. auspiciis DEVICTUM.

FOrtibus Hispanus nova damna inferre Batávis
Ardet, & Hollandum vincere classe solum.
Iam tormenta, quibus glandes emittat, Iberus
Quisquis habere parat; *Quisquis ab ære parat.*
Imminet incautis Mars: multus ab hoste paratur
Linter iturus aquis? *Interiturus aquis.*

Ire velim visum: naves an spumifer amnis
Sic superaret eas? *Hic super aret, eas.*
Sæpe nocere piis tu vis, fera turba, dolosque
Astruis usque dolis. *Ast ruis usque dolis.*
Quis tibi nunc vitam poterit promittere? fides
Cui, moritura, vadi? *Vi moritura vadi.*

ALITER.

NEptunum Hispanus confisus navibus ut se
Prodidit æquoreum, *Prodidit æquor eum.*
Sic tua sit semper, Deus, alis parva piorum
Copia fota tuis, *O pia vota tuis!*

B. de CONINCK.
Virtute *Tuta.*

ECHO, Van Antonius Kivit *Clercq Ordinaris van Heer* Albert *van* Schagen, *Heere tot* Schagen,&c.

ECHO waerom dus te pruylen
En steets in den doncker schuylen
Truert ghy noch om dat Narcis
Uwe handt ontliep ghewis, *wis.*
Condt ghy hem niet eens becooren
En wou hy u niet verhooren, *niet verhooren*
Waerom wat gebreck had hy
Seg eens Echo hoe vaer' dy, *hovaerdy.*
Hovaerdy een groote last is,
Dieder in het minst aen vast is, *ast is.*
Wat is nu zyn grooten rom
Anders als een teere blom, *eere blom,*
Die laet-dunckend' is van zeeden
Moeten sulcken padt betreden, *reeden.*
Spyt u noch niet dese daet,
Segt doch eens my dunckt wel Iaet, *Iaet?*
Wat Narcis doch heeft bedrogen,
En tot zyn droefheyt bewogen, *oogen.*

Voor

Voor wien heeft hy hem gespaert,
Wie is die hem nu bewaert, *aert,*
Wat verdient een die zijn dagen
Bruyckt om Nymphen staech te plagen, *plagen.*
Nu die al zijn harts begeer,
Stelt in't straffen van oneer, *eer:*
Segt myn Echo eens alleenlijck
Hoe ist inden bosch gemeenlijck, *eenlijck.*
Cunt ghy woonen soo alleen,
Comt ghy nimmer van beneen, *Neen.*
Wie heeft u dien last gebooden
Dat ghy zijt soo veer gevloden, *Goden.*
Wie van haren was so strang
Off was uwe tong te lang, *lang.*
Nu wel Echo ick ga heenen
Wilt vry noch Narcis beweenen, *heenen.*
Hy kan vallen die wel staet
Soo hy maer een fout begaet, *gaet.*

ERRATA.

Et operarum, & exscriptorum variorum incuriâ σφάλματα *non pauca irrepserunt, quæ benevolus lector partim ex hoc syllabo, partim suo Marte facilè corriget. pag.* 17. *l.* 10. Phœbe. *pag. 30. l. 32.* Es staturus. *p. 33. l. ult.* Eriphile. *p. 45. l.* 25. Iulij Scaligeri. *pag. 65. l. 1.* Bartholomæi Regii. *pag. 73. l. 25.* Ter est. *pag. 82. lin. 1.* Echo haetster van getoy. *Dissertationis primo quaternioni placebit Lectori numeros paginarum asscribere. pag. 4. lin. 4.* sustulisti. *pag. 9. l. 31.* alius motus. *pag. 14. lin. 16.* simulacra. *pag. 16. l. 27. eruditis. pag. 35. l.* Hispano; *pag. 37. l. 5.* Psyche. *16. l. 5.* speculorum. *pag. 43. l. 5.* Est. *p. 47. l. 12.* dant. *16. l.* collegerunt. *p. 48. l. 21.* Vatidicus. *p. 50. l. 12.* Narcissum. *p. 52. l. 27.* concentum. *p. 54. l.* 12. amori. *ib. l. 30.* dote. *p. 55. l. 17.* Hipprocrate. *ib. l. 23.* In aliqua re. *p. 56. l. 3.* Suffeni. *p. 64. l. 16.* μωρᾶ. *16. l. pen.* debilitare. *Erratum & sæpius in distinctionibus, accentibus, aliisque minutiis, quæ omnia non difficulter condonabit, quicunque humanitatem non exuit.*

FINIS.